



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google[™] books

<https://books.google.com>



22
AUSUS SECUNDET AUCTOR NATURÆ FELICITER!
DISPUTATIO PHILOSOPHICA
EAQUE PRIOR.

De
JURE NATURÆ
ET EJUS IMMUTABILITATE,

Quam,
SUB SS. TRINITATIS AUSPICIIS
ET
PRÆSIDIO
VIRI

*Plurimum Reverendi, Amplissimi
atq; Excellentissimi*

DN. M. JOHANN. CON-
RADI DÜRRII,

SS. THEOLOG. ET PHILOS. MORALIS
PROF. PUBL. CELEBERRIMI
DN. FAUTORIS AC PRÆCEPTORIS SUI
HONORATISSIMI

PUBLICE PRO VIRIBUS DEFENDET

NICOL. HIERONYMUS *Ölschafen*
à *Schöllnbach* / P. N. AUT. & RESP.

AD D. XVII. JUNII, ANNO M. DC. LXIII.

ALTDORFF, Literis JOHANNIS GOEBELI.

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Perstrenuis, Prudentissimis DNN.

DN. LEONHARDO GRUNDHERRO,

Triumviro Gravissimo, Ecclesiarum & Scholarum

Ephoro Meritissimo,

DN. GEORGIO SIGISMUNDO FÜHRER,

AB HAIMENDORFF IN WOLKERSDORFF,

Universitatis Scholarumq; Curat. Laudatiss.

DN. GABRIELI NÜZEL, AB ET IN SÜNDERSPÜL,

Itid. Scholarchæ Dignissimo,

DNN. MECOENATIBUS BENIGNISSIMIS,

Humillimâ mentis subjectione ætatem colendis

REGIMINIS A DEO FELICITATIS FONTE FELICISSIMI PERENNITATEM!

Praclare, ut omnia, PATRES PATRIÆ PRUDENTISSIMI, Philosophorum Princeps:
ἐν τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως. In Legibus Salus Reip. posita est: Leges nempe hujusce dignitatis, quæ in Rep. frusmur, vinculum sunt, libertatis fundamentum. æquitate for: mens & animus, & incolumitas civitatis sua est in legibus. Et ut corpora sine mente, sic Civitas sine lege, suis partibus, nervis ac membris uti haud valet. Legum Executores Magistratus, Legum Interpretes Iudices: Legum idcirco servi sunt cives, ut labori esse possint. Legibus Civitates Optima fundantur atq; instituantur. Legibus augentur atq; amplificantur. Legibus deniq; copiosissima, locupletissima, verbò, beatissima redduntur. Omnia autem hæc Leges tum demum & possunt & efficiunt, si cum æternâ Divina Sapientiâ ratione & lege naturali hominum mentibus impressâ, cognationem habeant. Talibus cùm & Vestram Civitatem non modo instructam, sed & condecoratam, auctam, ad summum civiliū illum felicitationis culmen evertam, videam, cernamq; non amplius dubitavi, Dissertationem hæc Academicam
DE LEGE NATURALI, ex quâ omne id, quod in humanis legibus justum atq; legitimum est, necessariò deducitur, Sacram VOBIS facere. *Dissertationem offero de JURE non ab hominum ingenio excogitato, neq; communi gentium pacto profecto; sed æterno, sed divino, sed immutabili quodam decreto derivato, quod univèrsam mundum regeret, imperandi prohibendiq; Sapientiâ. Exiguam, quod consacro, meum hoc, fascior, exercitium, Gratiâq; minus propitiis susceptum; Sed mea erga vos observantia argumentum & laborum meorum Academicorum nonnullum documentum. Hoc dum pro tenuitate meâ, eâ, quâ par est, submissâ animi observantia, exhibeo, ut illâ, quâ soleis, fronte, id est, benignissimâ ac humanissimâ accipiatis, & mihi meiq; Studiis, si digna judicantur, favere pergatis, obnoxie contendo, Deum Optimum Maximum precibus ac suspiriis ex intus cordis penetrabilibus accersitis implorans, ut Vestram Remp. in illo Sanctissimarum Legum tenore, ac summi obedientiâ, vigore tum publicâ tum privata salutis, excruciorum deniq; admiratione, vel si Virtutem agnoscere minus norunt, invidia, adusq; mundi decretorum diem perennare velit. Valere, Mecœnates Maximi, & Civite VOBIS, Vestris, Foro, Choro, Musis, mihi!*

VVV. MMM. NNN. SSS. PPP.

Dabam Altdorffii Noricorum ex Musæo

d. 13. Junii A. C. 1663.

Devotissimus

Nicolaus Hieronymus Oelhafen.

PRO O E M I U M.



Uemadmodum Numen divinum est *Substantia per se existens, Ens universalissimum, perfectissimum, simplicissimum, ceteraq; omnia ab Eo dependent & suum habent & esse & vivere: Ita idem omnium rerum mensura est, cunctiq; mensuram, ordinem, appetitum indidit, quo ad illum, cui & esse & vivere debent, iterum tendant, alia quidem propius, alia remotius,*

alia perfectius, imperfectius alia; modis in infinitum ferme variantibus, prout ferme infinita sunt. Ex his cum primis hominem ad Similitudinem suam conditum, & recta ratione instructum, ad cultum suum per hoc ipsum Creationis obstrinxit beneficium, & ut vitam nobili sua Natura consentaneam, & Civili societati conducibilem duceret, ipsum menti legem, quam naturalem, quam aeternam, quam immutabilem, quam perpetua veritatis vocans, insinuavit, inscripsit, impressit. Hae Lex homini innascitur. Hae Lex hominem, quam primum usus rationis praesto est, vel ad obedientiam vel ad poenam obligat. Hae Lex est dictamen rationis recta, quo homo per congenitam Intellectus Practicis notitiam, per congenita ac indemonstrabilia principia, cognoscit ea, qua natura sua sunt honesta, iterumq; ea, qua sunt turpia. Hae Lex est, qua homo a Natura ad honesta facienda, ad turpia vero fugienda inclinatur sub meta ire & poena divina. Hae Lex universalissima est, & ad omnes homines ita pertinens, ut a nemine & nullibi illius obligatio tolli queat, quia recta ratio eadem est, sicut eadem est ubiq; humana Natura. Sacrata hac divinae Legis ac Naturalis juris penetrata dum oculis animoq; perlustro, plurima recondite doctrinae monumenta, ac divinissima Sapientiae mysteria, menti sese obijciunt. In praesentiarum ex magna copia illas controversias deligere visum est, quae a primis inq; maximis Viris in materia, de jure Naturae, circa eius Originem, Essentiam, Obligationem, Subjectum, Cognitionem, Immutabilitatem & Dispensationem, (uti videri posset) moveri solent. Quas ex accuratissimis & probatissimis auctoribus, duarum Academicarum Dissertationum cancellis conclusas, proponere induxi in animum. Ut autem ordinem in tam intricata materia observem, necum constirui,

A

presen-

presentem dissertationem priorem, certis proponere capitibus, ita ut caput I. breviter agat de Jure Dei in creaturas. II. De Jure Naturalis Essentiâ, Definitione ac Subjecto, III. De Jure Natura cognitione ac Permanentia. Et IV. deniq; de Jure Natura Immutabilitate. Sit ergo

CAPUT I. De Jure Dei in Creaturas.

SECTIO PRIMA.

THESIS I.

DEum ab æterno Ens sufficientissimum fuisse, nec opus habuisse, ut vel mundam, vel hominem, vel ullam aliam creaturam produceret, non tantum Philosophorum monumenta, de æternitate & independentiâ Divini Numinis consignata, luce meridianâ clarius mentis oculis subjiciunt; verum etiam Sacri Codicis paginæ reddunt probatum, quæ insuper docent, Deum Ter optimum Ter maximum eo tempore, quo ipsius placuit bonitati, mundum hunc, & quicquid in eo continetur, sine ullis vectibus, sine ullis ferramentis, sine ullâ materiâ, verbo tantum ac nutu suo ex nihilo effecisse, eundemque assiduâ suâ bonitate ac prudentiâ moderari, fovere.

[a] Part. 1.
q. 6. art. 5.

[b] TraB. de
Div. Attrib.
c. 4. n. 6.

I I. Nempe sola Creatoris clementia & bonitas toti mundo initium dedit atque fundamentum. Cum enim essentialiter bonus sit, quod pluribus exponit Thomas; [a] omne autem bonum, ex suâ naturâ, quantum fieri subjectumque recipere potest, sit diffusivum sui que communicativum; hinc & Ipse benignitatis bonitatisque, suæ radios diffundens (quem communicationis modum triplicem esse, [b] TraB. de egregiè Becanus ostendit [b]) universum hoc creavit, Ejusque Dominum hominem, visibilium creaturarum principem, & ad imaginem suam conditum, constituit. Ex hac ipsâ benevolentia creationis que beneficio, jus vel Dominium Dei, seu Creatoris in creaturas deduci potest, quod sanè nihil aliud est, quam *ἀνομητοειδὲς* universale, quo Deus res creaturasque omnes, tanquam suas, ex asse & in solidum totas possidet, iisque pro arbitrio suo liberrimo & Sapientissimo, uti potest.

I I I. Prout verò res, à Deo per creationem productæ, ratione naturæ ac essentiæ suæ variant; ita etiam pro variâ distinctâque Entium

rium ratione, **subjectionis** ratio distincta quoque ipsa est, aded, ut alia **subjectionis** ratio sit rerum **existentium**, alia viventium, alia sentientium, alia **denique** ratiocinantium. Quamvis enim **in** creata omnia & singula Dei quoddam **jus** sit generale & illimitatum: nihilominus tamen pro singulorum ratione, & Justitiæ, Bonitatis ac Sapientiæ **Divinæ** **exigentia**, gubernationis modum peculiarem & limitatum quasi sibi **ipsi** Deus constituit; *ut independentem beneficentiam, non impotentiam indigentiam aut imprudentiam demonstret*, ceu loquitur **Plurimum Reverendus, atque Excellentiss. Antistes Dn. Dillherrus, Patronus atque Præceptor meus** nullo non amoris ac observantiæ perpetuæ cultû suspiciendus, [c] Addatur **B. Dn. D. Calixtus**, in **Epitome Theologiæ Moralis**. [d]

[c] Thom. 1. Disp. p. 32.
[d] Traict. de Legib. p. 45. c. 46.
[e] L. 2. Physic. cap. 8.

III. Varias has agendi rationes, quibus mediantibus singula **agentia** naturalia in fines suis naturis debitos, per **inclinaciones** sibi **insitas**, suo modo feruntur; (de quibus non modo **Aristoteles**, [e] **ex professo** agit, verum etiam illa **concinna** motuum & actionum diversitas, & stupenda animatorum pariter, ac inanimatorum, **in expediendis** **functionibus** sibi commissis, **sedulitas** (at manifestè loquitur) **percurrere**, nec **ulla** **exigit** necessitas, nec temporis ac instituti nostri fert ratio. Illud **potius** **jus**, quod Deo, ex ipso creationis beneficio, **competit** in ea, **quæ** **intellectu** & ratione **pollent**, Entia, homines puta, **brevibus**, **pro** **ratione** instituti, **persequemur**.

V. **Antequam** **autem** **id** **faciamus**, non abs re erit, vel verbo **scrupulum**, quem **Moses Amyraldus**, Professor Salmuriensis, [f] **nostræ** **adsertioni**, de Creationis **Beneficio** opponit, dissipare. Putat **autem** **ille**, *non eum esse beneficiorum vim, ut conferenti jus in accipientem largiantur*. Sed primò **demus**, non **omnibus** in univèrsum **beneficiis** tale **privilegium** esse **adnexum**, quis tamen **in** **facias** **ibit**, id ipsum **divinis** **competere**, inter quæ **creatio** non postremo loco ponenda? **Secundò**, **beneficia** quæ **quis** in alium **confert**, non **involvunt** talem **rationem** **dependentiæ**, ut **is**, qui **beneficium** **accepit**, esse non possit, si **ad** **momentum** **beneficentiam** **benefactor** **ille** **suspendat**. At creature **ita** **a** **beneficio** **creationis** & **Conservationis** **dependent**, ut, si **Deus** **influxum** suum, quo ipsis **communicat** esse, **subtraheret**, **confestim** in **nihilum** redigerentur.

[f] Dissert. Theol. de Jure Dei in Creat.

VI. Ex hoc jam **facile** **apparet**, **quid** **ad** **instantiam** **Amyraldi** **respondendum**, cum ait: **Liberi**, **quæcunq;** **beneficia** **in** **parentes** **suos** **conferant**, **nunquam** **tamen** **potestatis** **vel** **tantillam** **particulam** **in** **eos** **acquirunt**;

quirunt; *vel subditorum tanta sunt, vel esse possunt in Regem beneficia, quibus Reges sibi suos obstringere valeant*: Enimverò respondemus, tanta esse & Parentum erga liberos, & Regum erga subditos benefacta, ut nullâ re, quæ à Subditis aut liberis proficisci queat, pensari possint; hoc tamen solum tanto officiorum genere sibi comparare videntur, ut parentes & Reges vehementius eos ament studiosiusquæ foveant, quam alios, à quibus ejusmodi officiis non fuerunt adfecti.

SECTIO II.

I. *Misce nequaquam*, quæ discursui nostro obistere videbantur, præclusis, propius nos ad nobilissimum illud jus, quod Deus in creaturam rationalem habet, accingimus.

II. Sicut autem illud jus, vel Lex Divini Numinis æterna (quæ jus istud arguit) quoad actum ipsum per se, in quo consistit, nequaquam multiplex, sed unica & simplicissima audit, quoniam est ratio Sapientiæ Divinæ atque aded ipsa divina mens, quæ est simplicissima: ita eadem Lex, quatenus refertur ad objecta, circa quæ versatur, non tantum latissimè patet; verumetiam pro diversitate agentium creatorum diversimodè prorsus, in eorum directione ac gubernatione spectatur, ita, ut creaturæ rationis expertes omniq; libertate planè destitutæ, positæ omnibus & iisdem ad agendum requisitis, non possint non agere, nec contrarium agere, vel actum suum, ad quem natura ordinatæ sunt, suspendere, (nisi Deus, tanquam prima causa, ad majorem Bonitatis, Potentiæ ac Sapientiæ suæ declarationem, ipsis concursum suum deneget, aut earundem vires ad altiores operationes evehat,) quo pacto Sol necessariò lucet, ignis semper urit, grave perpetuò deorsum tendit. Alia prorsus ratio est rerum rationalium, quæ eò ipso, quod intellectu & voluntate polent, per cognitionem & judicium rationis, in finem suum diriguntur.

[a] 1. 2. q. 93.
Art. 2. & 3.
[b] Disp. 7.
q. 3. punct. 1.
& 2.

Vid. Thomas, [a] & Gregorius de Valentia in cit. loc. [b]

[c] Tract. de
Leg. p. 45.

III. Reguntur autem hæ juxta naturam, quam à Deo acceperunt, nobilissimam, ad edendas actiones, vel mentis tantum, vel si maxime corporeæ sint, ita moderandas, ne illis præstantissimis, ad quas homo in primis ordinatus est, impedimento sint. *Inde humanam naturam dedebat, promiscuè commisceri, vel ex rapto vivere, quoniam intellectu & libertate prædita, appetitum mentis judicio ac imperio regere & moderari nata est.* Quæ verba sunt B. Calixti. [c] Vid. Plurimum Reverendus atque Excellentiss. Dn. Præses, Patronus ac Præceptor meus, omnigeno honoris ac observantiæ cultu æternum de-

neran

nerandus. [d] Conveniebat itaque eam, per certam quandam Re- [d] *Diff. de*
 gulam, in actionibus suis gubernari, juxta quam ab æterno eam Deus *Inv. Natura*
 regere volebat. *ibid. 2.*

I V. Et hæc est pars æternæ illius & perpetuæ gubernandarum
 rerum omnium rationis, sive normæ, quæ non minus, quam crea-
 darum ratio sive idea, ab æterno in mente Divinâ fuit. Deus enim, verba [e] 2. q. 93.
 sunt Thomæ, [e] ut auctor est primus omnium, ita etiam universorum art. 2.
 summus Governator: In artifice autem necessarium est, rationem ordinis
 rerum faciendarum prius mente concipere, quæ ars & exemplar est, & in
 gubernatore ideam quoque præexistere eorum, quæ agenda sunt, opus est:
 Ergo in Deo necesse est, & rerum omnium creaturarum Sapienciam extare, &
 omnium etiam gubernandarum Regulam. Cujus Sapiencia ratio cuncta
 in suos fines ordinat, disponit, promover.

V. Hinc Lex æterna in Deo nihil aliud est, quam sempiterna
 ratio suæ Sapiencie, quæ mundi universitatem regit; vel uti B. Calixto
 loc. cit. loqui placet: Lex æterna est conceptus rei gubernandæ ad provi-
 dentiam pertinens. Usque verò adeo hæc conclusio ex ipso nature
 lumine est manifesta, ut etiam ipsos gentilium Sapiences non latue-
 rit. Testem instar omnium accersimus Ciceronem, qui [f] inquit: [f] 2. 2. de
 Hanc fuisse video Sapientissimorum sententiam, Legem neque hominum in-
 genio excogitatam, neque scitum esse aliquod populorum, sed æternam quod-
 dam, quod universum mundum regeret, imperandi prohibendique, Sapien-
 tia. Ita principem legem illam & ultimam mentem esse dicebant, omnia
 ratione aut veritate aut cogentis Dei, ex quâ illa lex (naturalem innuit)
 quam Dii humano generi dederant, rectè est laudata.

V I. Lex itaque hæc æterna fons & Scaturigo reliquarum
 omnium audit, adeo ut omnis in universum Lex, præter illam
 ipsam æternam, quæ ratione justis quippiam continet, ab illâ deri- [g] 2. 1. de
 vari necesse sit, teste Augustino, quando [g] ait: Nihil est justum *Lib. Arb. c. 6.*
 atque legitimum, quod non ex æternâ lege homines derivarunt. Est enim
 ordo in naturâ causarum ita dispositus, ut inferiores, non nisi superiorum [h] 8. Physic.
 virtute mota, moveant. Unde Aristoteles [h] auctor est, necesse
 esse, primum motorem consistere, à quo inferiores reliqui dependunt. Si
 enim primus non moveret, reliqui nequaquam moveri valerent.

V I I. Ex dictis constat creata cuncta tam necessaria, quam
 contingencia, æternæ subjecta esse legi, vel providæ Supremi Nu-
 minis curæ. De illis docet pluribus in locis Philosophorum Aquila [i] 2. Me-
 & Naturæ Magister. Aristoteles, cum primis quando [i] dicit: *sap. 1. 4. 5.*
 primam

[k] 2. *Physic.* primam causam esse omnium causam. Et ubi [k] unam summamq; motorem constituit, ex quo omnia pendeant, non solum in movendo & operando, verum etiam in effendo. De his testatur idem Thomas, quando inquit cit. loc. *Creatura irrationales, quia non agunt per cognitionem finis (qualis) nequaquam se in ipsum movent, sed appulsu aguntur ab alio. Deus autem non solum Regulam intellectualis creaturae, menti imprimis, quâ se movent; verum & toti rerum universitati suos indidit appulsus & instinctus, quibus aguntur in suos singulorum fines.*

VIII. Ex quibus Thomæ verbis simul id apparet, (quod jam supra innuimus), actiones humanas & liberas longè excellentioribus gradibus sub Divini Numinis gubernatione comprehendere, ipsiq; subjici eo ipso, quod ex cognitione finis procedant, in ipsumque referantur. *Sicuti enim ceteris rebus ad suos fines, sic homini, & quidem multo eminentiori modo, indita est à naturâ inclinatio quadam; & pondus ad id, quod legi aeterna congruit. Summus enim (ut Aristoteles docet [1]) ad virtutes nati, hoc, inquam, nativum est creaturae rationali, ut secundum rationem vivat.*

[1] 2. *Ethic.*

[m] de 1. & 1. l. 1. q. 3. d. 3.

[n] in Thom. 1. 2. q. 91.

Disp. 151.

Art. 1.

[o] Tom. 2.

Disp. 7. q. 1.

pag. 4.

[p] *Ar.* *Instit. Moral.* Tom. 1. Lib. 5. cap. 1.

[q] Tom. 2. *Tr. de Leg.* L. 2. quest. 2. Sect. 3.

[r] *Theol. Schol.* Tr. 3. cap. 2. q. 2.

[s] *Tr. de Leg.* L. 2. q. 9.

[t] *L. de Vera Religione Christianorum* cap. 13.

Verba ferè sunt Dominici Soto. [m] Huic addantur Gabriel Vasquez. [n] Gregor. de Valentia. [o] Azorius [p] Rodericus de Arriaga. [q] Martin. Becanus. [r] Balth. Meisnerus. [s] Mirâ brevitate omnia complectitur Mornæus. [t] *Mover*; inquit, *motor primus inferiora, secundum naturam cuius, indolem; mobiles secundum motum, immobiles secundum stabilitatem, naturales secundum servitutem, sensibiles secundum appetitum rationales secundum voluntatem & libertatem.*

IX. Sicut autem diversimodè aeterna gubernandi ratio, circa creaturas versatur, pro diversâ naturâ conditioneque illarum, ita etiam vario prorsus modo eas obligat. Etenim rebus naturalibus indit necessitatem divina gubernandi ratio talem, quâ E, ex instinctu quodam naturali, & quasi passivè conformatur: rationalibus autem talem, quâ ipsi propter ultimum finem, ex intentione & obligatione singulari obtemperare tenentur; veluti nervosissimè iterum hæc exponit B. Calixtus, [u] his verbis: *Aliter diriguntur res irrationales, aliter rationales; illa videlicet per solam naturalem inclinationem, ista per cognitionem & iudicium. Undè porro fit, ut illa imposita necessitate (interna) snj obfistere nequeant, dirigantur, ista verò liberè, salva potentia obsequendi vel refragandi. His præterea, ut illa obligentur improprie: ubi enim*

[u] *Tr. de Leg.* p. 46.

cognō

cognitio & libera non est, ibi etiam obligatio propria & sub peccato esse
nequit: ista vero proprie atq; ita, ut nisi obtemperent, peccato se obstrin-
gant. Lex igitur **æterna**, respectu irrationalis nature, strictam propriamq;
Legis rationem non obtinet, sed respectu tantum rationalis, sive **angelorum**
& **hominum**: quia illi soli libere parere atq; adeo sub peccato obligari
possunt.

X. Restat tantum, ut **antequam** ad propositum propius accedamus,
adhuc brevibus modis, quibus æterna hæc gubernationis **Divinæ**
ratio hominibus innotescit, attingamus. Ad peculiarem namque
Legis **obligationem**, peculiare quoq; propositionis & promulgationis
modos requiri, nimis est manifestum. Modi autem **ejus** a variis traduntur
varii. Supra adductus **Meisnerus**, [x] quatuor potissimum producit,
quibus cognoscatur, nempe in se, in effectibus, per impressionem, & per
revelationem. Primum modum ipse statim removet, dum eum tantum ad
Deum & Beatos restringit; ultimus ad solum Theologorum forum
spectat. De cæteris duobus cit. loc. ita loquitur: In effectibus
cognoscitur a nobis, quia Lex æterna & temporalis executio in
objectis conveniunt. Quando igitur observamus modum, quo
Deus universum mundum, omnesq; actus & motiones, (cum intellectualium,
tum cæterorum agentium,) gubernat, tam colligimus, eum ab æterno
fuisse in Divinâ mente conceptum & sancitum. Hinc enatum est illud
Theologorum essatum: Semper instituenda est collatio factorum temporalium
cum decretis æternis, & decretorum æternorum cum factis temporalibus.
Per impressionem cognoscitur, mediante lege nature. Hæc enim partialis
est legis æternæ expressio, etiam quicquid requirit vbi & quovis, illud
quoq; sancivit vbi & ævnis. Quam ob causam Augustinus rectè scripsit:
[y] notionem legis æternæ esse hominibus impressam.

[x] Tract. de Leg. l. 2. q. 3. pag. 92. 93. & 94.

[y] L. 1. de Lib. Arb. c. 6. [z] Tr. cit. p. 46. & 47.

XI. Consona hisce protius sunt verba B. Calixti, [z] quæ ut huc
cum primis facientia ad scribere haud piget: Homini, inquit, Lex
æterna proponitur: sive promulgatur hoc ipso, quod diviniæ naturam
intelligentem accepit, per quam cognoscere & dijudicare possit, quæ sint
honestæ & humanæ dignitati consentaneæ, quæ vero turpia & indecora.
Hæc ipsa est naturalis Lex, radius videlicet & participatio & quasi impressio
quædam æternæ Legis. [a]

[a] Iungantur hæc Greg. de Valent. Disp. cit. q. 3. par. 3. Becanus L. c. 2. q. 4. & alii supra cit. Scholastici.

XII. Ex hisce hæctenus dictis patet primò, omninò **ius aliquod nature**
esse, quod in natura rationali existens radium, participatibnem

nem & quasi impressionem æternæ Divini Numinis gubernationis appellavimus, ut ad eò vanus sit. Carneades, (quem Celeberrimus Grotius in Prolegomenis in Libros suos de Jure Belli ac Pacis, plebis advocatum indigitat) qui, (referente Lactantio, [b] & ex ipso eodem Grotio, & Nobiliff. Dn. D. Eichel. [c]) ad id, quod Academia sua culmen & apex erat, pervenerat, ut pro falso non minus, quàm vero, vires eloquentia intendere valeret, illud ab omni veritate & recta rationis iudicio defitutum assertum, publicè defendere, non vereretur; jus naturale nullum esse, cum omnes & homines & alia animantes, ad commoda sua naturâ duce & directrice trahantur; ut proinde aut nulla sit justitia, aut si detur aliqua, summa audiat Stultitia, quoniam sibi nocere, alienis commodis consulere, sibi obesse, aliis prodesse jubeat. In cujus sententiam concedit Poëta, sic delirans:

Nec natura potest justo secernere iniquum.

XIII. Argumentum Carneadis brevibus videbimus: Possit id esse tale:

Quicumq; natura duce suis student commodis, nullamq; reliquorum sui similium curam suscipiunt, apud eos nullum jus, vel justitia naturalis locum habere potest.

Sed homines hac ratione suis consulere commodis, neglectâ aliorum salute, non tantùm docet instinctus naturalis, quem cum ceteris brutis habent communem, sed & experientia, evidentissimâ Veritatis magistrâ, constat, quemlibet mortalium solummodò ad se pertinentia curare, deq; iis, quæ alios attinent, parum esse sollicitum. Verumtamen verò nequaquam hæc Sententia, multis absurdis scatens, admittenda est. Nam homo animans sanè est, sed cujus Societatis, vel communitatis? non qualiscunque, sed tranquillæ, sed honestæ, sed rectitudinis normæ convenientis, quam recta ratio ita ordinat, ut ejus societatis hujusque partium salutem tueamur, cujus ipsimet membra sumus; appetitus homini proprius est, cum his, qui sunt sui generis, quam Stoici appellabant.

XIV. Argumentum verò pro Carneadis sententia in medium prolatum longè infirmius est, quàm ut id, quod probare vult & evincere, probet evincatque. Quamvis enim inficiandum non sit, quemlibet mortalium primariâ sui commodi tangi curâ, adeòq; omnium & doctorum, & vulgi consensu, (ad quem toties in Moralibus Philosophus Noster provocat [d] secundum ordinatam charitatem, quæ à seipsâ solet incipere, in cura Salutis communis primum locum sibi ipsi vendicare, tamen

[b] L. s. c. 17.
[c] Tract. de Jur. Paren. in Lib. part. 1. §. 1. & seqq.

[d] Vid. Excerpt. Dn. Praes. Docum. Arist. De eum. 7.

iamen aliorum commodis, cum quibus vivit, manus prorsus subtrahe-
 re, neque eorum ullam habere rationem, & Juris naturæ institutis, &
 experientie testimonio repugnat. Cum enim homo sit animal
 congregabile, adeoque extra civilem illam societatem vivere, aut
 prorsus non, aut non sine maximo detrimento possit, nisi vel Deus,
 vel bestia audire velit; [e] manifestè patet, nec ipsum felicitate satis
 commodâ gaudere posse, nisi & cæteris, cum quibus societatem co-
 lit, bene sit, abs quorum ope & auxilio ipse bene vivere haud potest.
 Imò, cum Salus cujusvis privati, à publico omnium commodo, ma-
 ximâ ex parte, dependeat, non potest sibi ipsi prospicere, siæque
 salutis rationem habere, nisi qui cæterorum popularium, cum quibus
 communia jura & privilegia obtinet, curâ tangatur; ut adeo, dum
 aliorum bono invigilat, sibi simul prospiciat, & quæ ad se pertinent,
 procuret; & dum sibi prodest, nec aliis obstat, docente Aristotele [f]
 Absurdus quoque est Carneades, dum justitiam nomine stultitiæ
 traducit. Nam, sicut ipso fatente, stultus non evadit civis, jus
 civile tenens, si vel maxime, ob ejus juris observantiam, quoddam
 sibi commodum præcidatur, ita nec fatuus est populus, qui non
 tanti æstimat propria bona, ut propterea communia populorum
 jura evertat.

[e] Vid. Sag.
 Piccart. notis
 Excell. Du.
 Præsidii illu-
 strati p. 168.
 § seqq.

[f] L. 6. Eth.
 cap. 9.

XV. Constat secundò ex hactenus adductis, quando diximus
 jus Naturæ esse, ad quod Deus omnes homines obligat, secundum
 quod humanæ actiones rectè se habent; injustum contra illud, se-
 cundum quod humanæ actiones se habent male, & quidem ita, ut
 illæ præmiis, hæc pœnis dignæ sint, jus & injustum humanis actioni-
 bus proprium esse, nec in aliud animantium genus convenire, ut
 adeo dictum sit ab Ulpiano, [g] jus naturale esse illud,
 quod natura omnia animalia docuit. De quo sequenti capite pressius
 agemus.

[g] L. 1. §. 2.
 ff. de Inst. &
 Inst.

CAPUT I.

De Juris naturalis Essentia ac Definitione.

SECTIO PRIMA.

De Terminò ipso Juris naturæ.

De re aliquâ disputaturos oportet, quid res illa sit, intelligere,
 nisi enim id fiat, qualis erit disputatio? [a] Proinde ne & nos, non
 intellectis Juris & Naturæ vocabulis, à veritatis januâ aberremus,
 viden-

[a] 2. Met.
 1. aph. 5. Eth.
 met. 1. 1.
 viden- c. 6. 8. & m.

videndum est, quot modis utrumque dicatur, neque id tantum dicendum erit, sed etiam rationes significatorum investigandæ, mōnente Aristotele. [b]

[b] 1. Topic. c. 14. Salt.

I. Cum jus naturæ sit terminus complexus & voce & significatiōe, uti Philosophi loquuntur: nos, ut distincto procedamus ordine, evolvemus primò homonymiam juris: secundò vocis naturæ, ac terciò tandem, quid hæc vox, jus naturæ *veius* denotet, exponemus.

III. A jure itaque ut initium faciamus, accipitur illud variè. Et primò quidem quatenus ad personam refertur, quo sensu describitur, quòd sit qualitas moralis, persona competens, ad aliquid jussè habendum vel agendum. [c] Secundò significat facultatem jure alicui competentem. [d] Ex hac acceptione fluere videtur illa significatio, quæ denotat beneficium & prærogativam idque per Metonymiam causæ pro effectū. 4. accipitur pro loco, in quo Magistratus jus reddit, quæ acceptio locum habet, Tit. ff. de in jus vocando. 5. pro jure à Magistratu reddito. 6. pro actu, id est, jussu, sanctione, lege, & præcepto Superioris. Et hoc modo est constitutio vel naturæ vel civitatis.

[c] Grotius L. 1. de I. B. c. 1. §. 4. [d] Molina Tract. 1. Disp. 2. n. 4.

IV. Significat 7. jus titulum, quo quid acquisitum est, 8. denotat omne id, quod justum est, aut quod non est injustum. Est autem injustum, quod natura Societatis ratione utentium

[e] L. 1. de I. repugnat, definiēte sic iterum Grotio, [e] Denique. 9. Jus accipitur pro disciplinâ juris, vel pro Jurisprudētia, per quam nihil aliud intelligitur, quam ars, quæ in jure tractando est occupata.

Quæ definitur, quòd sit rerum divinarum & humanarum notitia, jussè ac injusti scientia. [f] Plura ad hanc rem facientia videri possunt apud Nobiliss. & Consultiss. Dn. D. Gregorium, [g] & Schemium [h].

[f] §. 1. Instit. de I. Et l. 1. pr. ff. cod.

V. Misso jam paululum juris vocabulo, ad ipsam naturæ vocem venimus. Dicitur autem natura à nascendo in primâ & genuinâ acceptione; in usu tamen recepto omnibus rebus naturalibus tribuitur, sive illæ per natiuitatem esse suam acceperint, sive etiam per creationem inceperint. Ambiguitas vocis tanta est, ut Conimbricenses putent, varias naturæ acceptiones quasi ramos obvios sibi esse præcedendos, ne consonantium vocabulorum siva ad naturæ definitionem

[g] Disp. de I. c. 1. th. 39. [h] De jure Nat. §. 3.

[i] Comment. in Phys.

inveniendam percipiendamq; viam obstruat. [i] Arist. 2. c. 2. q. 1. p. 257. Vid. Arist. 1. c. 4. Metaph. c. 4.

V I. Sumitur enim 1. pro Deo ipso, qui Natura naturans dicitur. 2. pro eo, quod à nativitate inest. 3. pro serie causarum naturalium in communi: sic dicimus, aliquid secundam aut præter naturam fieri, Deum & Naturam nihil facere frustra, artem esse naturam imitantem. 4. pro temperamento, 5. pro inclinatione, de qua tritum illud: Natura sequitur semina quing; sua; naturam expellas furcâ, tamen usq; recurrit. 6. pro essentiâ & quidditate alicujus rei. Sic disputamus de naturâ Dei, angelorum, hominum. 7. pro mundo aut corporibus naturalibus in mundo contentis. 8. pro causâ internâ corporis naturalis, prout scilicet materiam & formam in se continet. [k] Nos

[k] Vid. Cō-
nibr. c. 1.
& Perer.
Phil. Nat.
L. 7. c. 1. pag.
403. & 404.

VII. Hanc res honestas cognoscendi & appetendi facultatem consequuntur actus naturales, dirigentes hominem in actibus externis, ad civilem societatem ordinatis, quos cum Apostolo Legem Naturæ vocare solemus, cum Aristotele jus Naturæ, laxius paulo utrobique acceptâ voce & legis & juris, pro quavis norma præscribente, aut dictante aliquid rationali creaturæ, sub obligatione vel ad obedientiam vel ad pœnam. Vid. Arist. [1] & Excel. Dn. Præses. [m] Thomas. [n]

[1] L. 5.
Ethic. c. 1.
& L. 1. Polit.
cap. 2.
[m] Disp.
cit. h. 3. 4. 5.
[n] 1. 2. 9. 90.
art. 2.

SECTIO SECUNDA.

De Juris naturalis Essentiâ ac Definitione.

I. Antequam ad ipsam juris naturalis definitionem veniamus, ostendendum nobis est ex Aristotele, quid propriè per jus naturale intellexerit, ex quo simul patebit, quod illud non nisi rationabilis brutis tribuatur. Ubi notandum, jus & naturale & legitimum, quod hodiè civile audit, & à priori illo distinguitur, Aristoteli sub nomine communi Juris Politici venire, quo (ut monet Excel. Dn. Præses [a]) plus innuitur Græcis, quam Latinis voce civilis. His enim civile est, quod proprium est certæ genti aut Reipublicæ, illis Politicum, quicquid hominibus, societate quadam inter se devinctis, est commune.

[a] Phil.
Mor. Disp. 9.
th. 4. p. 152.

II. Hoc itaque sensu Aristotelico, sub jure Politico ceti genere comprehenduntur Jus naturale & legitimum, (sive quod idem est, civile) tanquam species, quod Philosophus Ipse, in scriptis suis aliquoties disertissimis fatetur verbis, cujus aliquot loca adscribemus.

VII. Formalem juris Naturæ rationem **perfectissimè** **expri-**
mere videtur illa **Hugonis** **Grotii** **definitio**; [i] **Jus naturale est di-**
ctum **rectæ** **rationis**, **indicans** **acti** **alicui**, **ex** **ejus** **convenientiâ** **aut** **dis-**
convenientiâ **cum** **ipsâ** **naturâ** **rationali**, **in** **esse** **moralium** **turpitudinem**,
aut **necessitatem** **moralium**, **ac** **consequenter** **ab** **auctore** **Naturæ** **Deo** **talem**
actum **aut** **vetari** **aut** **præcipi**. Genus nobis in hac **definitione** est dicta-
tum **rectæ** **rationis**, **quod** **nihil** **aliud** **est**, **quàm** **ipse** **actus**, **vel** **judi-**
cium **rectæ** **rationis**. **Actus**, **de** **quibus** **tale** **dictatum** **nobis** **quid** **indi-**
cat, **debiti** **sunt** **aut** **illiciti** **per** **se**, **atque** **ideo** **à** **Deo** **absolutè** **præcepti**
aut **prohibiti** **intelliguntur**; **quo** **ipso** **hoc** **jus** **non** **tantum** **à** **jure** **huma-**
no **positivo**, **sed** **etiam** **à** **divino** **voluntario** **distinguitur**, **quod** **non** **ea**
præcipit **aut** **vetat**, **quæ** **per** **se** **ac** **suapte** **naturâ** **aut** **debita** **sunt**, **aut** **illi-**
cita, **sed** **vetando** **illicita**, **præcipiendo** **debita** **demum** **facit**.

[i] L. 1. de l.
B. ac P. c. 1.
num. 10.

SECTIO TERTIA ET ULTIMA.

De *Juris* *Naturæ* *Subjecto*.

I. Cum itaque ex **definitione** hac pateat, **solam** **intelligentem**
vel **rationalem** **naturam**, **quâ** **talem**, **regi** **ductu** **&** **dictamine** **Juris**
Naturæ, **atque** **eo** **ipso** **ad** **obedientiam** **obligari**, **ex** **quo** **aliquis** **usus**
rationis, **&** **cognitio** **non** **est** **orum** **&** **turpium** **sele** **exerit**; **constat** **simul**,
justum **&** **injustum** **proprie** **non** **nisi** **in** **humanis** **actibus** **deprehendi**,
non **autem** **capax** **esse** **eorum** **ullum** **animantium** **cæterorum** **genus**,
ut **adèd** **Isti** **improprie** **&** **populariter** **jus** **Naturæ** **definiant** **cum** **Ul-**
piano, [a] **quod** **fit** **id**; **quod** **Natura** **omnia** **animalia** **docuit**. **Arque**
hinc **descendere** **putant**, **maris** **atq;** **foeminae** **conjunctionem**, **quam**
nos **matrimonium** **appellamus**, **hinc** **liberorum** **procreationem**, **hinc**
educationem.

[a] L. 1. §. 3.
ff. de l. §. 1.

II. Imò certum est, **magis** **respici** **hic** **ad** **naturalem** **appetitum**
earum **rerum**, **quæ** **animalis** **naturæ** **conveniunt**, **quàm** **quæ** **homini**
sunt **proprie**, **in** **quibus** **demum** **obligatio** **sub** **pœnâ** **vel** **peccato** **lo-**
cum **habet**. **Sane** **ipsam** **etiam** **Sobolem**, **cujus** **procreationem** **bruta** **cum**
hominibus **communem** **habere** **videri** **possunt**, **ex** **matrimonio** **nequaquam**
fufcipiunt, **nec** **nisi** **aliquamdiu** **nutriunt**, **perfectè** **non** **educant**. **Accedit**,
quod **quicquid** **hujus** **humano** **juri** **aliquâ** **ex** **parte** **analogum** **deprehendere**
licet, **ex** **inclinatione** **mere** **naturali** **&** **necessaria**, **non** **ex** **cognitione** **ob-**
jecti **&** **honesti**, **quæ** **cognitio** **rectrix** **est** **&** **norma** **aliarum** **actionum** **&**
proinde **Lex**: **At** **illa** **inclinatio** **non** **regit**, **sed** **solummodo** **aliundè** **regitur**.
Non **magis** **itaq;** **jus** **natura** **est**, **bruta** **sobolem** **procreare**, **quàm** **ignem** **urere**
& **sur.**

B ?

[b] *Epist. Theol. Mor. Tr. de Leg. p. 8.* & *suisum ferri.* Verba sunt B. Calixti. [b] Quibus consona prorsus habet Contingius. [c]

III. Et verò, si bruta propriè jure agerent, sequeretur, quòd etiam injuriam committere possent, adeòquè & præmiis & pœnis addici; *At pauperiem quidem facere potest quadrupes, injuriam tamen non potest.* [d] Amplius, cum bruta ut intellectu, ita & arbitrii libertate destituta sint, nec verè liberè agant, patet per se, quòd nullius juris sint capacia, adeòque nec præmio nec pœna digna. Licet enim bruta animantia quandoque talia agant, quæ solertiam aliquam & sagacitatem naturalem arguant; neque omni cognitione careant, vel spontè agendi potestate: attamen neque ratiocinandi, & universalia discursu aliquo investigandi facultate instructa sunt, neque directorio ac dominio actionum suarum tali gaudent, ut objecto præsentè, & positis omnibus ac iisdem ad agendum requisitis, possint agere vel non agere, aut contrarium agere. Id enim tantum homini convenit, qui solus inter animantia valet libero agendi arbitrio.

III. Signanter autem dicimus, bruta non verè liberè agere: Sicuti enim brutis similitudinem quandam rei, quam pro jure normàquè vivendi homines accipiunt, id est, *μιμήματα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, vitæ humane imitamenta*, ut Aristoteles loquitur; [e] seu *virtutum simulacra* ut Cicero, [f] ultrò concedimus; ita nec inficiamur, Libertatem & actum improprie dictum, vel potius Libertatis & actus humani umbram ac speciem quandam in brutis inveniri.

[c] L. 9. de H. A. c. 7.
[f] L. 2. de finibus.

V. Nempè Libertatis acceptio aut absoluta est & simplex, aut restricta & temperata. Absoluta eo modo accipitur, quo dicitur *naturalis facultas Eius, quod cuiq; facere libet, quoniam ἐν χρείᾳ συρροῦσθαι πέρι τῶν ἀέλεται, naturalis facultas cuiq; permittens facere, qua velit.* De quâ Cicero dicit: [g] *Libertati proprium est, sic vivere, uti velis.* Et hæc quidem acceptio Libertas, sicut æquè in brutis atque hominibusprehenditur; ita nullum importat jus, quod sive horum voluntatem; sive illorum appetitum ac propensionem coërceat & temperet, nihilquè aliud quàm spontaneum est.

[g] L. 1. de Offic.

VI. Restrictæ autem Libertatis acceptio Libertati absolutæ & simplici superaddit temperamentum, quod in adductâ definitione adicitur, nisi scilicet quid vi aut jure prohibeatur. Hoc autem jus, quod libertatem absolutam sic temperare vel determinare potest, demum ὁ τῶν πραγμάτων ἡγεμόνι δίδυται. i. e. rerum gerendarum est ipsa Regula justa, seu norma & amussis, juxta quam libertas in creatura-
ratio-

rationalis se restringitur, ut eam non solum doceat, quæ justa & faci-
cienda, quæ item turpia & fugienda, sed etiam vel ad obedientiam,
vel ad poenam obliget.

VII. Et hæc illa Libertas proprie dicta est; cuius solummodo
homines sunt capaces, id quod ex discrimine actuum humanorum &
brutalium facillime deducitur. Actus scilicet quivis & hominum &
brutorum considerari possunt dupliciter, aut quatenus ex appetitu
sive animali sive naturali proveniunt, & utilitatem vel delecta-
tionem tantum pro fine habent; aut quatenus ab altiori pendunt
principio, & ex ipsa recta ratione ejusque dictamine promanant, ad
quorum alios sub boni ac honesti nomine, præstandos observandos-
que obligantur; ad alios, utidem sub nomine mali ac turpis, poena
contra facientibus preposita, fugiendos evitandosque, natura ratio-
nali sic exigente, adstringantur. Jam vero modo quidem prior
actus humanos, atque aliorum animantium sibi invicem esse non raro
per similes, ultro concedimus. De posteriori vero id ipsum negamus.
Videatur hic omnino Doctissimus Seldenus. [h] Addantur huius
Nemesius [i] Thomas [k] M. Albertus [l]

VIII. Cæterum ex his; quæ bene multa, contra sententiam
nostram adferri solent, paucula examinabimus. Primum obijciunt
loca Scripturæ, quale est istud: [m] Deum vindicaturum sanguinem
hominis etiam in bruto. Et [n] ubi jubetur, bos corruptela, qui hominem
occiderit, lapidari. Et [o] ubi mandatur, occidi jumentum, quo cum
homo sese commiscuit. Nos ad singula succincte & distincte respon-
debimus.

IX. Primum quod attinet locum, negari equidem nequit, va-
rias ad eum à Doctoribus tum nostratibus, tum Rabbinis, dari respon-
siones; ita tamen, ut nulla eorum vel obligationem vel culpam
quandam in animans brutum devolvat. Vera est Interpretatio
eaque receptior apud Rabbinos cum primis, denotari verbis istis,
cædem humanam à bruto ex hominis instinctu factam; vindictam
scilicet Numen sumturum, non tantum de cæde humanam ab homine
patrâ, manu, jactu, telo, sed etiam de eâ, quæ à bestia, homine in-
stigante committatur. Sic enim ajunt Berolchii Rabba. [p] Maimoni-
des [q] Moses Micotzi. [r] מִדְּכָל חַיָּה וְחַיָּה חֹסֶרֶת אֶתְּחַבֵּן אֶתְּחַבֵּן
eum indicat, qui alium animali alicui tradidit, ut ab
eo occidatur. Signanter in hanc rem faciunt, verba Josephi Archæo-
logi. [s] Πασιπῶ μὲν τοι σφαγῆς ἀνθρώπων ἀπὸ θηρίων καὶ κτηνῶν ἐπι-
φύου, [t] L. 2. p. 8.

[h] De tur.
Natural. &
gent. secund.
Ebraos L. 1.
c. 4. p. 44. 52.
[i] L. de Na-
tura hom. c. 2.
[k] g. 2. con-
tra Gent. c. 82.
[l] L. 2.
[m] Phys. Tr. 8.
cap. 2.
[n] Gen. 9. 5.
[o] Ex. 21. 28.
[p] Lev. 20.
[q] Gen. 15.
[r] [p] Tr. 17. 14.
[s] fol. 38. col. 2.
[t] Halach.
Raiz. ach. c. 2.
[u] Præcep.
Neg. 163.
[v] L. 2. p. 8.

abstineatis, & ab homicidio sitis puri. atq; eos, qui ejusmodi quid parra-
rint, puniatis. (aliorum autem animalium omnium usum vobis per-
mitto) Rationem hujus interpretationis addit Rabbi Salomon Jar-
chi; [c] מיד כל חיה לפי שחטא דור המבול והפקר למאכל [c] Quod legitur à manu omnis bestia, idè
ad d. l. adjicitur, quia apud homines, qui ante diluvium vixerunt, per impetra-
tionem nos invalescent, bestias nocensissimas nutriendi, ut scilicet earum au-
xilium commodè dominarentur. Sunt etiam, qui locum istum de
poenâ divinitus infligendâ intelligunt, perindè ac si dictum fuisset.
Homicidium vindicta non omnino carebit. Nec desunt, qui haud im-
probabiliter ex Codicis Samaritani lectione, מיד כל חיה
à manu cunctis vivendis requiram illum, colligunt, illud מיד restringi

[c] in glossâ ad d. l.

[u] Gen. 3. 20.

plum, ubi vocabulum hoc solos homines denocat, quando [u] Eva
dicitur: mater omnis viventis, seu omnium viventium: וְהָיָה מִן כָּל חַי וְצֹפֵר
Græci, Latini, Judæi, alii bene multi vertunt. Sed Onkelos Chal-
dæus ibi expresse: מַתַּר מִכָּל בְּרִייתָא Mater omnium stirpium ho-
minum. Alii sunt, qui de vindictâ, vel vindictæ specie quidem,
ab ipsâ bestia hominem occidente, nunc in foro sumenda, nunc occi-
ditus infligenda, locum hunc intelligunt, nullus tamen eorum, quan-
tum ipsi Seldeno constat, reperitur, qui obligationem quandam, ad
bestiam attentam, vel jus aliquod à bestia violatum, ex hoc textu
inferat: quin unanimi consensu eum semper de poenâ improprie di-
ctâ accipiunt, ut patet ex Judæorum Doctoribus aliis, quos addu-
cit Seldenus loc. cit. [x]

[x] p. 66. & seq.

X. Idem dicendum est de bove cornupeta, adeoque de altero
objecto loci. Lapidandus quidem erat, verum non juris ab eo vio-
lati nomine, sed aut idèo, ne quid hominis causâ denud ab eo simile-
fieret, aut ut dominus in re suâ puniretur, quia negligenter custodisset.

[y] L. 4. c. 2.

Faciant huc verba Flavii Josephi Archæologi: [y] Lapidatur inquit,
bos, qui dicitur esse reus, quem nec in aliena
sunt sumi (unde scilicet in domini commodum cederet) aquam existi-

[z] De l. B. ac mabatur.

Addatur Hugo Grotius. [z]

P. L. 2. c. 21.
n. 11. C. in de-
fens. fid. Cai-
thol.

XI. Ad tertium locum respondemus: urbis Apostatae rea non
solum incolæ, utpote Apostatae, gladio erant, ob se res communi-
plectendæ; [a] sed & jumenta & pecora, gladio itidem defendæ, &
bona cætera comburenda, æquè ut Cananæorum sculpilla, & Juei
Dius

Disgentium dicati, [b] idque non ob **culpam** à jumentis aut peccatoribus, nedum à bonis, sculptilibus & lucis commissam (in quibus jus & obligatio ne fingi quidem possunt) Sed ut ab **apostasia** magis deterrerentur aliarum urbium cives, scelerisque tum memoria, tum repetendi ejus, quantum fieri potuit, anfa demeretur. Sic etiam bestia ex Lege jam allatà è medio tollenda est. Ex multis Rabbi Salomonis Jarchi adducemus verba: [c] כפני אמרה התורה להרוג את הבהמה שלא תהא בהמה עוברת בשוק; ויאמרו בהמה זו נסקל פלוני על דעתו; *Quamobrem precipitur in lege, etiam bestiam (quà cum concubuerat quis) occidendam esse, ne ea per plateas transeunte, dicant homines, hæc est bestia, cujus causa aut propter quam lapidatus est.* Jungantur his ex Rabbinis Auctor Libri Gemar. Babylon. [d] Maimonides. [e] Ex Christianis Doctoribus Veteribus, Augustinus. [f] Ex mediæ ætatis Auctoribus Gratianus; [g] Radulphus Flaviacensis, Liranus, Thomas &c. [h] Eodem profring. [i] B. Slevogt. [k] B. Hornejus. [l] Et cum primis Excel. D. N. Felbing. Dominus, Præceptor ac Patronus meus multis nominibus venerandus, [n] qui omninò videndi sunt.

[f] In Le. 19. q. 74. [g] c. 15. q. 1. can. 4. [h] 1. 2. q. 105. art. 2. ad 11. [i] Diff. de Iur. th. 10. c. 20. [k] Diff. 1. de Indiff. Sol. hum. thes. 15. c. seqq. [l] L. 4. Phil. Mor. c. 3. n. 22. 23. c. 24. p. 590. c. [n] Diff. de L. th. 107. c. Tr. Manuf. de Mag. th. 23.

XII. Cæterum porro obijciunt contrariæ sententiæ Patroni auctoritatem D. Ambrosii, qui [o] asinorum & equarum coitus adulter a contagia, vera adulteria natura, & adulterium jumentale vocat. Et eo nomine ipsos homines reprehendit, quorum curâ misceantur. Hospitalium item avium iura memorat ibidem [p] Et aves, inquit, non scripta sunt a seâ nata Lex stringit. Idem obinere volunt auctoritate Hieronymi, qui [q] probaturus, prægnantes bestias ad partum usq; coitum non pati, contendit, illud bestiis præscriptum esse ipso jure natura. Nec minus obtendunt illud, quod Aristoteles habet, quando de Camelis scribit, quod matris coitum fugiant, adeò ut etiam Camelus, qui cum matre, à Curatore gregis, ne eam agnosceret, operta coivisset, ac delapso operimento, eam tandem agnovisset, memor commisi sceleris, (ut in versionibus aliquot Aristotelis habetur) paulò post Camelarium istum morsu defixo interemerit. Huic subjungunt alia Aristotelis loca, inprimis illum, [r] in quo asserit, bestias quodammodò prudentes esse, ex quo colligunt, brutorum actiones non omninò ratione carere, licet humana

[o] Hebraim. L. 5. c. 3.
[p] cap. 16.
[q] in Ep. ad Ephes. c. 5.
[r] L. 9. Hist. Anim. c. 47.
[s] L. 8. Hist. Animal. c. 1.

C

in eis

in eis desideretur, & proinde irrationalia sint, in comparatione ad homines. Porro urgent etiam hunc Aristotelis locum, [t] ubi testatur Philosophus *animalia alia v̄q̄ n̄x̄p̄bra c̄v̄ra sub d̄uce seu Rege esse, sub imperio alicujus sui gregis, quin & disertè animalia Politica cum homine nuncupari, seu civilia, ut apes, grues.* Quæ ceterè omnia jus simul indicare videntur, ejusque communionem aliquam apud homines & bruta. Quibus denique additur illud ex Leg. 12. Tabularum, [u] *animalia, quæ pauperiem fecerint, si noxâ dedantur, proficiunt reo, ad liberationem ab actione noxali.* Perinde ac si ex illis ab eo, cui pauperies facta est, veluti ob jus violatum, pœna sic foret suo arbitrio exigenda.

[u] L. 1. §. 14.
C. de leg. ff. si
quadr. pau-
per. feciss. di-
cat. pr. l. cod.
Tit.

[x] L. 19.
§. 19.

XIII. Nos ordine ad singula respondebimus. Et primò quidem quod attinet ea, quæ ex Ambrosio sunt adducta, dicimus non ad bruta pertinere interdicta illa aut obligationes, sed hominem, bruta ad ejusmodi commixtionem adigentem, reprehendi. Nec aliud quid cit. loc. S. Pater per adulteria, quàm brutorum diversæ speciei coitus intelligit, quorum in culpâ esse, in Lege Mosaicâ, [x] homines prohibentur. Coitus igitur hujusmodi interdictos appellat Ambrosius. Sed cui? homini, ne ad illos bestias perducatur, non bestiis, ne illos adeant, nec, ac si illæ jure aliquo, sicut homines, ab iis detererentur. Quod autem ille mentionem facit legis avibus connatæ, & jurium apud eas hospitalium, haud aliud innuit, quàm certas illas & manifestissimas animalium illorum, aliorumque brutorum propensiones, atque actus naturæ plerumque necessarios, qui per homonymiam & propter similitudinem quandam jura quidem interdum nominantur & leges, nec tamen revera sunt magis tales, quàm arborum ac fruticum, aliorumque corporum naturalium inclinationes ac motus naturales. Qui quatenus in ipso etiam homine existunt, sunt inclinationes duntaxat naturales, adeoque eo nomine tam homini quàm bruto communes, & homini, quatenus est animal, competentes, quæ juris nomine neutiquam veniunt, sed solum quatenus ob conjunctam ac superadditam rationem in homine, naturam liciti, illiciti, obligationis, meriti, pœnæ, (quorum bruta profus sunt incapacia) participant, juris nomen sortiuntur.

XIV. Nec aliter accipiendum est illud D. Hieronymi de bestiis prægnantibus, quæ ad partum usque ipso naturæ jure non coire dicuntur. Jus illud non aliusmodi est, quàm quo aut gramina & glandes depascunt aut ab herbis nocivis ipsæ sibi cavent. Nec cum

cum jure, quod obligat aut permittit, quid præter homonymiam & similitudinem habet commune.

X V. Nec magis obstat illud, quod de Camelis ex Aristotele est objectum. Quid enim hoc ad jus, obligationem, culpam aut poenam? Primò nempe versio illa, (quæ Gazæ est) corrupta deprehenditur. Verba Græca sunt: *μικρον δε υπερον δακων τον καμελιτιω αναλειπει.* Paulò post *morfu Camelarium peremit.* Sceleris in Aristotele ipso nulla mentio. Nec verò illa materni coitus aversatio magis juris alicujus propriè dicti obligationem inducit, quam inclinatio brutorum ad conjunctionem cum suæ non alterius speciei animalibus, aut quævis alia sive ad individui conservationem sive ad speciei propagationem naturâ ordinata propensio.

X V I. Quod locum illum L. 8. Historiæ animalium attinet, ubi bestias prudentes quodammodo esse ait Aristoteles, respondemus: Non tantum Aristotelem notanter dicere, quodammodo, quo statim impropriatatem quandam innuit; sed etiam in aliis pluribus locis seipsum explicare, quando bestias dementiores esse hominibus, [y] si [y] L. 4. de par. animal. cap. 10. ve: [z] in brutis solummodo *μυμηματα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, vitæ humane imitamenta esse adserit.* Quod verò de animalibus illis additur, quibus [z] L. 9. de Hist. animal. cap. 7. Aristoteles nomen Politicorum tribuit (quibus præter apes & græcos etiam vespas & formicas annumerat) patet, inditum ab eo id nominis bestiis cum hominibus, ideò tantum, quod simul seu in commune quid facere solent: nulla omninò juru, (quod Ipse [a] brutis negat) ratione [a] L. 1. Po. lit. c. 2. interim habitâ. Nec verò inde obligatio debiti ex jure aliquo propriè dicto ortum habentis, colligitur, quod sub duce talia animalia vivanti arguunt enim illa non nisi propensionem ad tuendam commode, subanius ductu, salutem.

X V I I. Quod de animali pauperiem faciente, objectum est, patet, non omninò in sui poenam, perinde ac si jus aliquod ipsum violasset, sed in æstimationem poenæ ac compensationem damni illati, ac inde domini sui, aliàs rei, liberationem internecioni esse dedendum.

X V I I I. Ut itaque, quid de totâ re habendum sit, aperiamus, amplectimur explicationem B. Rittershusii, & B. Kobii, illustrium olim Academiæ Nostræ Luminum, quorum verba digna judico, quæ hic adscribantur: Sic autem ille: [b] Jus naturale desinierunt ita ICI, [b] Ad Op. pian. Cyneg. p. 28. jus verè propriè, acceptum poni posse: Sed quod indicare vellent, nullo certiore argumento cognosci, quod aliquid sit juris naturalis, quam ubi hoc ipsum,

ipsum, quod homines ratione ducunt, bruta quoque natura instinctu atque impetu faciant. Hic verò ita loquitur: [e] Jus naturale οὐ νόμος, populariter & analogicè describitur ab utroque, (Ulpiano, [d] & Justiniano [e]) quod sit Jus, quod natura omnia Animalia docuit. Dico, populariter & analogicè. Nam verè & propriè in animantia ἀλογα sive rationis expertia jus cadere posse, Peripatetica Philosophia, ut credamus, non admittit; qualis autem definitio est, talia etiam esse exempla ibidem subjecta, asseverare non dubitamus. Hisce jungimus Doctissimum Grotium, cujus verbis, [f] egregiè in rem facientibus, materiam hanc obsignabimus: Quod si, inquit, quando brutis animantibus justitia tribuitur, id sit improprie, ex quadam in ipsis umbra rationis atque vestigio. An verò actus ipse, de quo jus Natura constituit, sit nobis communis cum aliis animantibus, ut prolii generatio, an nobis proprius, ut Dei cultus, ad ipsam juris naturam nihil refert. [g] Sed de his plus quam satis.

[c] Diff. 2. de principii Juris. ch. 7. 2.
 [d] L. 1. §. 3. ff. de l. & i.
 [e] In pr. l. de l. N. G. & C.
 [f] L. 1. de l. B. ac. P. c. 1. num. 11.

[g] Addatur Giphanius Proem. Inst. civ. p. 12.

CAPUT III.

De Juris Naturæ cognitione & Permanentia.

SECTIO PRIMA.

In qua ostenditur, jus Natura per lapsum Adamiticum non fuisse in homine prorsus extinctum.

I. Quomodo obligatio juris Naturæ ultra humanum genus se non porrigat, ita ostensum esto. Consideranti autem feralem calamitatem, in quam se Adamus cum omni suâ posteritate, per primam prævaricationem, conjecit, videri posset, naturalis juris cognitionem, simul cum imagine Divinâ, prorsus esse è mente humanâ deletam. Tota enim natura est corrupta: intellectus etiam in iis, quæ ante pedes posita sunt, ut nocturæ ad lumen Solis, cœcutit: voluntas nimium in malum fertur: Verumenim verò, etsi per lapsum Adami natura tota sit corrupta, vel potius tota natura, quoad omnes facultates & principia agendi, sit subjectum corruptionis, non tamen ipsa essentia animæ, intellectus & voluntatis, corruptionem passa est. Nimium quantum debilitatas esse harum potentiarum vires, in rebus etiam, quæ sphaeram rationis non transcendent, Sole meridiano clarius est: non tamen omnes prorsus sunt extinctæ.

II. Si igitur naturâ homo aliquatenus facere potest, quod civiliter justum, utique ejus cognitione pollet: Cui rei fidem facere possunt virtutes civiles, quæ in ipsis gentilibusprehenduntur. Unde enim,

enim, deficiente revelationis lumine, tantam Alexandri & Themistoclis fortitudinem. tantam Socratis & Pythagoræ temperantiam, tantam Aristidis & Caronis justitiam, nisi ex ipsissimis Naturæ principis deducemus? Naturæ lumen, & rectæ rationis dictamen, uicium illud novimus principium, cujus beneficio gentes, teste Apostolo Paulo, honesta à turpibus discriminare potuerunt, ut adeo non opus sit ad revelationem recurrere, indeque principia de discrimine honestorum & turpium accersere.

III. Nec obstat, multas gentes statuisse juri naturæ planè ad-versa. Nam observandum primo, ad Legem Naturalem pertinere præcepta practica communissima, omnibus nota; deinde secundaria (ut quibusdam appellare libet) præcepta, quæ quasi sunt conclusiones principis propinqua. Quantum ergo ad principia communissima, illorum notitia non potest profusè mente humanâ extingui. Vid. Anton-Cordub. [a] & Vasquez. [b] De hæc capiendum est illud D. Augustini effatum, cum [c] scribit: Lex tua, ô Domine, scripta est in cordibus, quam nec ullâ delet iniquitas; Sed hæc Lex scripta in hominum cordibus nihil aliud est, quam Lex naturalis

[a] L. 2. q. 4. concl. 1.
[b] q. 76.
Diff. 122. c. 2.
[c] L. 2. Cens. sess. 6. 4.

IV. Licet verò jus Naturæ, quoad communissima illa principia, nullo modo ex cordibus hominum deleri possit, delerur tamen sapius in particulari operabili, (ut Vasquez loquitur,) secundum quod ratio impeditur, applicare commune principium ad particulare operabile, propter concupiscentiam aut aliam aliquam passionem; vel, quia, uti plurimum Reverendo atq; Excellentissimo Dn. D. Titio [d] loqui placet, ista hominu Libertas sæpè vi & fraude Diaboli, & inopiâ judicii in mente & vehementiâ passionum in appetitu, impeditur ac sufflaminatur. Quantum verò ad alia præcepta secundaria, quæ nihil aliud sunt, quam conclusiones, ex communibus Naturæ principis deductæ, potest Lex Naturalis deleri de cordibus hominum, vel propter malas persuasiones, vel propter pravas consuetudines, quæ tamen immutabilitati Juris Naturæ nihil derogant. Videantur interim hæc de re Amersbach. [e] Vasquez in Thomam, [f] & alii Scholastici quamplurimi.

[d] Colleg. Theol. Diss. 5. thes. 2.
[e] Diss. de Jur. N. th. 4.
[f] Tom. 2. Diss. 151. q. 94. art. 6.

SECTIO SECUNDA.

In qua declaratur, Jus Natura non tam perspicue notum esse gentilibus, quam Christianis.

I. Etsi verò, uti hætenus ostendimus, materia in qua vel subiectum Juris Naturæ, omnis & sola creatura intelligens existat, quæ etiam in ipsius cognitionem, solo luminis Naturæ & rectæ rationis ductu, citra speciale divinum auxilium, venire potest: non tamen negandum est, præ gentilibus sibi ipsis & rationi suæ relictis, Christianos lumine gratiæ & revelationis adiutos, clariorem assequi notitiam posse, qui quidem legitimis mediis instructi, veteris & novi foederis codices legere cum fructu valent.

II. Huc respexisse videntur, qui jus Naturæ per ea, quæ Lege & Evangelio continentur, descripserunt. Cujusmodi est illa definitio Gratiani, [a] *Jus naturale est, quod in Lege & Evangelio continetur, quo quicquid jubetur alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alii inferre, quod sibi nolit fieri, &c.* Ad quæ verba rectè commentatur

[a] C. dist. 1. pr.

[b] L. 2. de Leg. c. 7. m. 9.

Suarez. [b] hoc modo: Dico; Gratianum non dicere, jus naturale complecti omnia, quæ in Lege & evangelio continentur. (Excipienda enim omnino sunt præcepta credendi & Sacramentorum, quæ homo sibi relictus non intelligit) neque, illo modo describere seu definire jus naturale, sed adfirmare solam hæc, jus naturale contineri in Lege utique, quoad præcepta moralia ejus: (Excipienda rursus ceremonialia & forensia statuta, quæ talia, hoc est, nullam moralitatem involventia) & præcepta duarum tabularum; & illud etiam contineri in Evangelio, vel quatenus expresse in eo continentur & explicantur præcepta Decalogi. [c] vel quatenus virtutum totum jus continetur in illo principio, quod in Nov. Test. habetur, [d] quodcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis; Et hoc ultimum videtur fuisse maxime à Gratiano intentum. Unde sic ejus litera conjungenda: jus Naturale est, quo quicquid jubetur alii facere, quod sibi vult fieri, quod in Lege & Evangelio continetur.

[c] Matth. 7.

[d] Matth. 7.

III. Et sanè sententia hæc non abhorret à communi Theologorum assertionem, Præcepta Decalogi Juris Naturalis esse, imò ipsum Naturæ jus repetitum audire. *Data est, inquit B. Augustinus [e] (in monte Sinai) Lex, non quia in cordibus scripta non erat, sed ut tu, quia fugitivus eras cordis tui, per Legem ad Te ipsum introvocares.* Cui consonat illud B. Lutheri: [f] *Gotte hat die zehen Gebott/ welche nichts anders sind / denn das Gesetz der Natur / den Juden gegeben*

[e] in Ps. 57.

[f] Tom. 4. Jen. Germ. p. 527. & 533.

gegeben zum obersten / auff das das Natürliche Gesetz / das wider
 im Herken / hierdurch herwecket würde. Dicit ita B. Vir (inquit Amer-
 spachius [g]) De Calogum nihil absurd esse: quam repetitam. Juris Natura- [g] Diss. cit.
 lis summam, glossam, commentarium & signaculum. Nam hinc Decalo- ibid. 9.
 gus vocitatur Lex Moralis, quia scilicet circa hominum mores informan-
 dos versatur, quod etiam competit Juri Naturali. Confer Buxtorf. qui [h] [h] Dissert.
 hanc rem in questione, an Decalogus ad nos Christianos pertineat, de Decalog.
 ex professo tractat. 5. 89.

I V. Signanter Auctor questionum Veteris & Novi Testa-
 menti, quarto Augustini operum Tomo insertarum, [i] inquit: [i] quest. 4.
 Danda Lex erat, ut & que sciebantur, auctoritatem haberent, & qua
 latere ceperant, manifestarentur. Hæc est Lex Moralis Decalogo com-
 prehensa. Quæ repetitione & novâ promulgationis ratione, humana
 mentis sive tarditati sive pravitati mederi Deus voluit, & cor umaci-
 bus omnem excusationis ansam precipere. Ex quibus datur intelligere,
 nihil ferè dis criminis inter Jus Naturale & Decalogum intercedere, nisi
 si quid est respectu peccati aliarumq; circumstantiarum.

CAPUT IV.

De Juris Naturæ Immutabilitate.

SECTIO PRIMA.

In quâ ostenditur, Jus Naturale immutabile esse, nempe
 in se & quoad prima principia.

I. Esse aliquod Jus Naturæ omnes Creaturas rationales frin-
 gens, ex dictis apparere potest; non tamen æquè est manifestum,
 quæ humanæ rationis judicia, cum Jure Naturæ consentiant, quæ
 discrepent.

II. Nec enim, quod quisque animo concepit tale esse, id tale
 semper esse, censendum est, aliàs enim iura Naturæ emergerent
 plura eaque inter se diversa. Platoni sua fingebat ratio, uxorum, libe-
 rorum bonorumq; communionem, utilem justamq; esse; aliud contra do-
 cebat Aristoteles. Persis aliisque Barbaris, Parentum Liberorumque
 carnalis mixtio videbatur licita, quam allæ cultiores gentes omnibus
 modis abominabantur.

III. Idolo Divinum cultum exhibere, sive ut Apostolus [a]
 loquitur; mutare gloriam incorruptibilis Dei, in efformatam imaginem
 corrupti-

[a] Rom. 1, 23.

corruptibile hominis, & volucrum, & quadrupedum, & reptilium, contra Legem Naturæ est; At in foedâ hâc idololatriâ præcipua religionis pars gentilibus fuit constituta. Simplex item fornicatio pro crimine olim non habebatur, quin cultus Numinis apud multos audiebat.

I V. Apud Lacedæmonios furta & adulteria, uti in Locrensisibus,

[b] Libr. de Rep. Lacedæmoniorum.
[c] Lib. 6. de Bel. Gal.
[d] De Mariibus Germ.

Ozolis, Ætolis & Acarnensibus, prædictiones olim, licita fuere, annotantibus Plutarcho, & Xenophonte. [b] Quin & apud Maiores nostros latrocinia in nullam infamiæ notam intrerunt testibus Cæsare, [c] & Tacito; [d] Hispanis quoque latrocinari inter pulcherrima habebatur.

V. Maximâ autem admiratione dignum est hoc, quod talia à Naturæ jure abhorrentia non tantum privatos inter parietes à privatis patrata sint; sed & totius alicujus populi moribus recepta, legibus stabilita, publicâ auctoritate fulcita fuerint. Huc facit, quod is, qui præcepta vivendi præscribebant, ut Zenoni, Chrysippo, Persarum Magis, *μηδρουνξία* seu maternus concubitus, ut & masculorum licitus crederetur, ut Sixtus Empiricus Pyrrho [e] disertè tradit: Theodoro Philosopho, *furtum, sacrilegium & adulterium erant concessa*, uti Diogenes, [f] Hefychius [g] Epiphanius, [h] sunt testes. Ipse Homerus, qui Horatio judice.

[e] hypot. L. 3. c. 4. Cap. 25.
[f] in Vita Aristippi
[g] in Theod.
[h] in Commendatio de fide Catholica.

Quid sit rectum, quid turpe, quid utile, quid non, Plinius ac melius Chrysippo ac Crantore dicit.

Antolyceum commendat ob furandi & peierandi calliditatem.

V I. Quid dicamus de abominandis *ἀρθροποθεισίαις*, quas passim gentibus receptissimasprehendimus? quomodo Carthaginienses inhumani crudelitate liberos Saturno litarint; testes sunt fide dignissimi, Diodorus, [i] Plutarchus, [k] Lactantius. [l] Similia memorant de Arcadicis & Achaicis Plinius [m] De Thauris Scythis Lactantius. [n] De Gallis Julius Cæsar. [o] Livius [p] Plinius [q] de Romanis, quorum verba cum adducere nimis longum foret, videri & legi possunt apud B. Calixtam. [r]

[i] L. 20. num. 14.
[k] *ἀρθροποθεισίαις*
[l] Inffit. L. 1. c. 21.
[q] Libr. 28.

[m] L. 8. H. N. cap. 22. [n] L. 1. Inffit. cap. 21. [o] L. 6. de Bel. Gal. [p] Lib. 28. cap. 2. [r] Tract. cit. pag. 50. & seqq.

V I I. Quis porro sine indignatione considerare poterit execrandam *ἀρθροποθεισίαις* superstitionem crudelitatemque, quam Judæi pulcherrimarum alias legum habentis divinitus gubernati, in liberos suos exercuerunt, quando eos Molocho per ignem traducere, hoc est,

est, vivos comburere non dubitarunt, uti ex Sacris literis constat. [s] ^{[s] 2. Reg. 16.}
 De quo immani idoli abominabilis cultu pluribus legi possunt, B. Dn. ^{6. 9. c. 21. 9. 6.}
 D. Glassius, [t] & Buxtorf. [v] ^{Psalm. 106.}
 17. 2. Chron. c. 28. 6. 3. Jer. 7. 6. 31. c. 32. 6. 35. Ezecch. 16. 6. 24. c. 23. 6. 37. [t] Phil. Sacr. L. 4. Tr.
 3. Obf. 19. pag. 878. 879. [v] In Len. & rad. N. 1. 1. 10. & 111.

VIII. Cum Jure Naturæ non minus etiam infantum neces-
 ac expositiones, Romanis familiares, pugnare, hactenus est credi-
 tum. A quo tamen crimine ipse Aristoteles haud procul abesse vide-
 tur, cujus. [x] hæc sunt verba disertissima: *De exponendis & alendis* [x] *Lib. 7.*
factibus Lex esto, ut nihil mancum alatur, propter multitudinem autem ^{Pol. c. 16.}
liberorum, si factus exponere instituto gentis non liceat: (numerum enim
procreanda sobolis certis terminis desiniri & circumscribi convenit) si quibus
itaq; conjugibus ultra eum quicquam procreatum fuerit, antequam
in utero vel vivere, vel sentire cepit, abortum procreare oportet.

IX. Præter illud autem de diversis vel potius pervertis gen-
 tium moribus, cum jure Naturæ e diametro pugnantibus, secundo
 loco urgeri potest, quod omnino nulla natura ab homine quid postu-
 lare possit, quod ipsi damnosum noxiumque sit. Jam vero si jus Na-
 turæ aliquod admittitur, & eo quidem modo, quo hactenus est defi-
 nitum, quod non ab hominis arbitrio dependet, videtur, sæpè multa
 agenda esse, quæ homini nullam neque utilitatem, neque jucundita-
 tatem adferunt. Ita virtutis atque juris Naturæ esse ajunt, mortem
 oppetere pro patriâ potius, quam quid inhonestum designare. At
 mors est ultimum malorum, naturam ipsam prorsus destruens, est
 τὸν οὐβερῶν τὸ οὐβερῶτατον *terribilium omnium terribilissimum*, secun-
 dum Philosophum. [y] Utriusque objectionis nervum vidit ipse Ari-
 stoteles [z] *Honestâ autem*, inquit, *& justâ, de quibus Civilis*, (scilicet ^{cap. 9.}
 Philosophus,) *considerat; tantam differentiam tantumq; errorem in se* ^{[z] L. 1. Ni-}
*habent, ut lege, non naturâ esse videantur. In bonis autem talem quen- ^{comach. c. 1.}
dam errorem inesse propterea patet, quod multis damna ex ipsis eveniunt:
*nonnulli enim ob divitias, alii ob fortitudinem periére.**

X. Tertium Argumentum exinde peti posset, quod plerique
 mortalium utilitate probent justum & injustum, honestum & turpe,
 licitum & illicitum. Patet enim, eos tacite in hanc sententiam uno
 ore pertrahi. Jam vero quod plerisque videtur, id ubique videtur.
 Τα κοινὰ πάντων ἐστὶν ἡ ἀλήθεια, quæ communiter ita videntur, fida sunt, dice-
 bat Heraclitus, λόγον ἔχοντα habens pro optimo veritatis κριτείῳ. Si-
 gnanter in hanc rem & Cicero ait: *In omni re consensus omnium gen-*
 tium, jus

23
24

tiam per Naturam patenda est. Et sic enim argumentum Veritatis est, aliquid omnino videri. Unde etiam in iustis, in moralibus cum prout, necesse est Sapientiam & Tunc omnium prout.

XI. Ad hoc argumentum brevia utramque respondeamus, prout quidem proutenda sunt & minus quidem iustis, i vero ad id videri. Ius omne ad Naturam prout dependere, neque videri esse ius prout humani prout. quod in primo capite ex dicitur ad quem homo est prout. ante ad Naturam dicitur. De

[f] dicitur ad quo prout videri prout apud B. Ministerium. [g] Certus vero prout certis videri prout prout, prout suis dicitur de prout potest.

Natura ergo prout, quae homini dicitur sunt prout. tales exigat actiones, quae ad dicitur Naturae eius congruam dicitur. has vero, quae ad dicitur & repugnant, prohibet: prout sunt Philosopho- rum dicitur. Quae dicitur dicitur, dicitur prout ad dicitur dicitur. Sic ergo prout actiones, quae Naturae prout prout, quoniam prout prout humani dicitur non ad dicitur, quod prout prout dicitur, agere vel non agere. Jam vero actiones, quae prout prout sunt continentur, unque recte habent: quae prout ad dicitur, peccata sunt & recte habent minus recte: quoniam autem bona vel mala actio prout vel prout merent, quod nihil aliud est quam iustum vel iniustum esse: Ex quibus ma- ius apparet, iustum & iniustum aliquid in actionibus humanis deprehendi, quod non ad hominum iustitiam, sed ab ipsa Natura de- pendeat.

XII. Secundo proutendum est, dicitur illud recte rationis, per quod per Naturam dicitur, ex duobus actibus consistere, uno intelle- ctus, qui illuminet & dirigat voluntatem, altero voluntatis, qui per mo- dum Imperii regulam istam prout, & ad obedientiam sub peccati & pena periculo Creaturam intelligentem obliget. Verba sunt Excell. D. N. Praefidis, [g] Videatur B. D. N. D. Horneus. [h] Utriusque defectus infinitos parere potest errores.

[g] Dissert. d. iure Natu- raeth. 12. [h] Philos. Mor. L. 2. c. 3. per totum.

XIII. Tertio proutandum est, Legem naturalem compre- hendere cum universalissima principia practica, tum conclusiones ex illis deductas. Primum omnium principum hoc est: Bona sunt facienda, mala fugienda, ex quo immediate fluunt alia, honesta esse facienda, turpia fugienda, neminem esse laedendum, suum cuique tribuendum, & quae sunt similia. Et haec quidem, (ut rursus accu- ratissime Excel. D. N. Praefes [i] loquitur) quatenus sub istis generalibus terminis

[i] Dissert. 12.

terminis proponuntur, obligant velut in actu primo, si verò res & occasio ferat, applicandi ea ad particulares actiones, actu secundo obligant & prescribunt, quid hic & nunc faciendum, quidq; fugiendum.

XI V. Hisce sic præmissis, respondemus ad primum argumentum, distinguendo inter ipsa communissima Juris Naturæ principia, & inter conclusiones ex principiis deductas. De illis dicimus, ea è nullius hominis mente unquam deleri vel potuisse, vel adhuc posse. Quum verò à primis illis, iisque universalissimis descenditur principiis & per consequentias ad minus universalia devenitur, fieri potest, imò sæpissime factum est, ut apud multos populos, sive pravâ educatione, sive inveteratâ malâ consuetudine, sive perversâ persuasione quædam, quæ alioquin juris Naturæ sunt, obscurata & tenebris involuta, inque oblivionem deducta fuerint. Factum est illud ab iis, de quibus Apostolus Paulus adfirmat, [k] quod veritatem in injustitiâ desinuerint, quod Deum, quem cognoverint, non glorificaverint ut Deum, sed frustrati fuerint cogitationibus suis. Unde etiam obtenebratum sit insciens cor eorum, & Deus tradiderit ipsos in reprobam mentem, ut facerent, quæ non conveniebant, cum ipsum in notitiâ habere non probarent.

X V. Adhuc modum respondent non modò B. Calixtus, [1] & B. Hornejus, [m] sed cum his etiam Excel. D. N. Præses, qui [n] hæc insuper addit: omne id per accidens contingit, propter oppositum in animis hominum impedimentum, vel erroris vel pertinaciæ, quæ obstant, quominus termini, quibus propositiones istæ constant, rectè penerrentur, & necessarius subjecti & prædicati nexus consideretur. Certè Aristoteles [o] docet, non obstare Juris Naturæ immutabilitati, quod certo respectu nonnunquam aliter atque aliter se habeat. Ex eodem observandum venit, adhuc inter conclusiones istas nonnihil discriminis intercedere; primò, quòd evidentiore illæ, & ipsis primis juris Naturæ principiis propiores, magis difficulter è hominum cordibus deleantur. 2. quòd ipsarum ignorantia vincibilis sit; nec excusationem mereatur, cum facile potuisset talis ignorantia superari & exui. Quæ verò difficilius, & non nisi per longum Doctorum discursum, ex primis illis & indemonstrabilibus principiis deducuntur vel eruntur; tantò faciliori negotio ex hominum animis tolluntur, quanto remotius ab eis distant. Hinc super ratiocinationis imbecillitatem, vel perversam persuasionem, aut inveteratam malam consuetudinem, è memoriâ hominum deleantur remotiores istæ conclusiones, diminuunt quidem aliquid de

[k] Rom. 1. 9. 18. 21. 28.

[1] Theolog. Moral. Tr. de Leg. p. 49. & segg.
[m] Philos. Mor. 2. 4. c. 3. n. 27. p. 595.
[n] Disp. cit. lib. 27.
[o] 5. Eib. c. 1. 0. & 1. M. M. c. 34.

gravitate delicti, non tamen omnem obligationem tollant, sive, ut aliàs loqui solemus, excusantur tales in tantum, non in totum. Nervus responsionis hujus eò redit: *Communissima principia non nisi cum mente creta, in applicatione verò istorum multifariam desicere posse homines, uti desicit incontines; teste Aristotele.* [p] Videantur Gregorius de Valentia [q] B. Meisnerus. [r] Nobilius & Consultiss. D. N. D. Eichelius, [s] Thomas. [t] Dominicus Soto, Gabriel Vasquez, Becanus loc. supra cit. & alii Scholastici quamplurimi.

[p] l. 7. Eth. c. 5.

[q] Diss. 7. 9. 4. par. 5.

[r] L. 3. de Leg. quæst. 1. p. 149.

[s] Tr. de mor. Par. in Liber. 4. 5. c. 5. ult.

[t] l. 2. 9. 94. art. 4. 5. c. 6.

[u] Diss. cit. de iure lib. 37.

XVI. Paulo aliter, sed apprimè ad rem respondet Ampliss. Conringius. [u] *Verum, inquit, id est, quod dicitur, quæ naturâ sunt, illa ubivis eodem modo sese habere: addendum tamen, verum id esse tantùm in iis, in quibus ratio sese habet rectè. Sic naturale est, homines habere pedes duos & quinque, digitos in singulis manibus, & tamen dantur, qui nascuntur pede uno aut sedigiti. Ad eundem modum sese res habet de eo, quod iustum est. Ubivis illud tale est, ubivis tale se habet, modò mens vel ratio sese rectè habeat. Quæ igitur gentes id iustum fortè dixerunt, quod naturâ iniustum, illæ profectò & mente laborarunt.*

[x] L. 1. M. M. cap. 34.

[y] l. c. i. loc.

XVII. Hisce prorsus gemella habet ipse Aristoteles. [x] Bene quoq; Andronicus Rhodius, vetustus isquè acutissimus Aristotelis Interpres, qui vulgò creditur, [y] *Apud homines sanâ rectâq; mente præditos, immutabile est jus illud Natura, quod dicitur: Quod si his, quæ morbido distortoq; sunt animo, aliter videtur, nihil id ad rem pertinet. Nam nec mensitur, qui mel dulce esse dicit, idèd, quod ægrotus aliter videatur. Vult innuere, ex rectâ & integrâ, non corruptâ & depravatâ ratione de jure Naturæ esse judicandum.*

XVIII. Quòd atinet illud, Naturâ haud iustum quicquam esse, quod homini sit damnosum: respondemus, ambiguitatem in phrasi istâ latere. Nam prout homo ex animâ & corpore, ceu partibus essentialibus constans, consideratur, homini aliquid dicitur noxum & damnosum esse, vel quoad animum tantum, vel quoad corpus tantum, vel quoad animum & corpus simul. Jam dicimus, quæ corpori tantum noxia sunt & adversantur, nequaquam homini simpliciter repugnant. Nihil vero naturâ iustum esse potest, quod vel simpliciter & animo & corpori sit damnosum, vel soli animæ obsit. Quod verò de morte virtutis gratiâ pro patriâ oppetendâ objectum fuit, non exigui momenti esse fateor, nec faciliè hoc dubium solvere queunt illi, qui defunctis omnem beatitudinem denegant. Illis namque mors est aliquid simpliciter noxium, corpori pariter & animæ.

Nobis

Nobis verò hic Gordii nodus facilis est solvendi. **Negamus** scilicet mortem esse aliquid simpliciter damnosum, quin potius adserimus, animam à morte beatissimè posse vivere.

X I X. Ad id, quod tertio loco **objectum est**, respondemus, **verum esse**, quod in eo dicitur: **Quicquid** plerisque aut omnibus placet, id rectum esse, si id intelligitur de hominibus moratioribus, prudentioribus, cultioribusque; non simpliciter, si de **effertis**, corruptis, depravatis. **Negamus** item, plerisque mortalium, aut etiam omnibus nihil justum videri, nisi quod cupiditati eorum ardeat. **Quamvis** enim bene multi ita sentiant, **nemo** tamen fortassis erit, qui principia ista, neminem lædendum esse, suum cuique tribuendum, quod quis sibi fieri non vult, id nec alteri faciendum esse, **negare** saltem [z] Rom. 1. 8.
[a] Cap. 2. 15. λόγῳ ἑαυτῶν ausit. Unde Apostolus, [z] de impiis κοινὰς ἐνοχίας **malè** collocantibus scribit, eos τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχειν. **Et**: [a] **Gentes** habere opus **Legis** scriptum in cordibus suis, **testimonium** reddente conscientia, & **inter se** invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus; scilicet, qui **maximè** velint, id justum esse, quod lubet, refelluntur tamen per **occultum** animi tortoris flagellum: **Usque** adeò infirmum est:

Nocte dièq; suum gestare in pectore testem.

E. si id **verum**, quod probatur omnibus aut plerisque, utique **verum** erit, esse aliquid **naturale** justum, quod non ab hominum arbitratu dependet.

SECTIO SECUNDA.

De Juris Naturæ Immutabilitate ex parte Dei.

I. Ostendimus in superioribus, causam juris **Naturalis** efficientem & quidem **principalem esse** ipsum Deum, quando illud ex Thomâ **æternæ** legis participationem nuncupavimus. **Dubitari** autem in super **posset**, utrum **jus Naturæ** à Deo sit ut à Legislatore, an verò ab eodem solum **ut primâ** omnium rerum causâ? Nos dicimus, **jus** Naturale non solum **indicare bonum** vel **malum**, sed etiam ad illud **faciendum** vel **omittendum** obligare, tanquam signum **Divinæ** voluntatis, bonum **præcipientis** malumque prohibentis, ad eòque à Deo non esse **tantum** ut à causâ **primâ**, sed etiam ut à **Legislatore** præcipiente & obligante, quam etiam sententiam Suarez probat. [a] [a] L. 2. de
Leg. c. 6.

II. **Cum** itaque aliquid naturâ **justum** est; constat simul, quid sit **sentiendum** de **illorum** erroneâ **sententiâ**, qui **omne** jus justum.

D 3

que, tan-

quæ tantum à solo liberrimo Dei arbitrio deducunt, cui subscribunt illi, qui Fausti Socini hæresin fovent, inter quos non postremus est

[b] *In Vind. quæst. aliquot difficultium & controvers. in Theolog.* Johannes Scydlovius, [b] quando contendit, *usq; adeò nihil per se iustum esse; ut nisi de novo per Salvatorem esset promulgatum, amandum esse proximum, aut non peierandum, non furandum, nihil horum homines unquam stringeret.* Nec multum ab horum sententiâ abeunt, nonnulli

[c] *Semr. diff. 19. ad 3. & 4.* ex ipsis Pontificiis, nominatim Guilielmus Occamus, [c] Gerson, [d] & Almannus, [e] quos allegat Gabriel Vasquez: [f] qui adserunt, *in Tr. de omni peccatum esse malum, quia voluntate Dei prohibitum.*

[d] *in Tr. de*

Vir. Sp. LeB.

1. cor. 10.

g. 61. lit. e.

[e] *Tr. 3.*

Mor. c. 15.

[f] *Diff. 179*

g. 100. c. 1.

I II. Hanc controversiam ut dirimamus, præsciendum est jus, dominium ac potestatem Dei dupliciter posse summam dici, primò ἀπλῶς, simpliciter & absolutè, quâ quis pro nudâ voluntate, sine omni respectu boni vel mali, honestatis vel turpitudinis, agit, quod placet, nullâ aliâ de causâ, quàm quod ita placet; quo modo summum jus, summam sæpè injuriam esse diverbio dicitur. Talis juris ratio, si in Divinâ Naturâ locum haberet, quod ex absoluto Dei beneplacito, citra ullam bonitatis vel malitiæ actionum hominum prævisionem vel considerationem, flueret, non inficiaremur, Deum posse creaturæ rationali, alias atque alias non modo, sed & discrepantes sed & Divinæ suæ justitiæ ac bonitati contrarias leges imponere, adeò, ut nihil impediret, quò minus, si placeret, Deus ipsi posset acerrimum sui odium mandare, utpotè quod tum remotâ sic omnimodâ Divini beneplaciti absolutissimi modificatione ac restrictione, odium Dei res pia, actio bona cultusque sanctus esset.

I V. Sed cum hoc Justitiæ ac Sanctitati Divinæ, eò usque adversetur, ut ne quidem sine summâ contumeliâ & blasphemâ de Deo bonitatis fonte, cogitari vel concipi possit, sentiendum est hac in parte cum Mose Amyraldo, Doctore Salmuriensi, qui [g] *illud usq; adeò alienum à Religione, & ab ipsâ natura abhorrens esse existimat, ut ad illius solam cogitationem animus cohorrescat.* Absit ergò, ut potestatem in Deo quæramus, quæ hoc modo summa sit. Id quod nec ipse Scydlovius prorsus diffitetur, concedens, *quo ad communem sentiendi consuetudinem, crudum nimis hoc videri, Deum posse blasphemiam, periurium, mendacium imperare, posse jubere, ne cotatur, ametur, honoretur.*

[g] *Diff. Theolog. 2.*

V. Secundò igitur datur in Deo jus potestas, *κατὰ τὴν* modificatè & secundum quid summa, quatenus summum & absolutum Numinis Dominium, à bonitate & justitiâ ejus, ut sic dicam, limitatur, eò, quod Legum hominibus præscriptarum, ratio & fundamentum, ex

tum, ex ipsâ & rerum & legum naturâ conditioneque est accersendum, quæ si ab ipsâ naturâ rationali, quâ tali, discrepans, injustæ ac malæ, sin conveniunt & congruunt, bonæ ac justæ evadunt.

V I. Sicuti jam naturæ ac essentia rerum immutabiles sunt, ita, ut Deus eas non pro beneplacito suo immutare possit, citrà totius talis naturæ ac essentia everisionem, & alterius novæ prorsus productionem: Sic nec res intrinsecè malæ à divinâ voluntate & arbitrio ita dependent, ut pro mero Dei beneplacito malitiam exuere, & intrinsecè bonæ fieri possint; quin potius absoluta illa & illimitata prorsus rerum vel actionum humanarum dependentia, summam in Creatore ipso imperfectionem arguat, imò Justitiæ divinæ planè adversetur.

V I I. Hinc rectè disputant, quotquot sententiam Thomæ, Cajetani aliorumque Scholasticorum amplectentes, contendunt, non posse Deum vel dispensatione, vel *immutata* vel Interpretatione (de quibus omnibus in alterâ dissertatione) uti circa aliquam Legem Naturalem ex naturâ suâ obligantem, & facere, ut manentibus iisdem circumstantiis, objecto & modo, non amplius obliget, ut adeò Lex sit ipsâ naturâ, formaliter & intrinsecè immutabilis, utut per accidens & materialiter, quandoque sit variabilis [h]

V I I I. Antequam autem ad nugas istas, quas Scydlovius, cujus thesi 2. mentionem fecimus, contra verissimam hanc sententiam objicit, accedamus propius, rursus præmonemus: triplex esse actionum humanarum genus: nam aliæ Sanctitati Naturæ Divinæ sunt consonæ, quæ vocantur honestæ, aliæ ipsi adversantur, quæ turpes audiunt, aliæ neque conveniunt, neque repugnant, quæ indifferentium nomine insigniuntur. Honestæ jam necessariò Deus amat, iisque delectatur; turpia contra necessariò odit & adversatur; indifferentia verò pro arbitrio vel facit ipse vel præcipit aut prohibet Creaturis suis, nisi fortè aliquid honestatis vel turpitudinis intrinsecè ipsis inhæreat, tunc enim præter voluntatis arbitrium accedit honestatis vel turpitudinis, in legibus istis latentis, consideratio. Hinc promanavit distinctio juris Divini in naturale & positivum, quorum illud sibi vendicat res naturâ suâ honestas vel turpes, hoc verò res indifferentes.

I X. His ita præmissis, non erit difficile objectionibus Scydlovii obviam ire. Quod enim objicit, *Deum sui esse juris & Dominum omnium, potestatem Eius esse absolutam, illimitatam, nec ullis legum terminis*

[h] Vid. B. Dn. D. Tobias Major Diss. de Jur. Div. impunitandi peccatum Adamicum toti generi humano. thes. 12. 13. 15. & seq.

23

24

minis circumscriptam, per id non evincitur, posse etiam contra aeter-
nam legem adeoque contra ipsam suam justitiam agere. Etenim
sibi ipsi Lex est Deus, ita, ut nihil decernat, multo minus agat, quod
Naturæ justitiæ ac Sanctitati suæ adversetur vel secum pugnet.

[i] *Disp. cit.* X. Optimè rem declarat Vasquez: [i] *Si Deus, inquit, cum*
179. q. 100. c. *summa justitia sit, illud quod injustum & malum suapte natura est, tan-*
2. art. 2. *quam bonum concederet, justitiam negaret, ac pròinde seipsum, dicens*
bonum malum, & malum bonum. Quod quàm absurdum & impossi-

[k] 2. Tim. 2. *bile sit, testis est luculentissimus, Apostolus, [k], dicens: Deus seipsum*
Sens. 13. *abnegare non potest. Et infirma est Scydlovii exceptio: Deum haud*
posse quidem seipsum negare, posse tamen id ipsum aliis, ut fiant, præ-
scribere; facilis enim ad hoc est responsio, vel ex illo decantatissimo
effato: quòd is, qui aliquid per alium facit, id per seipsum fecisse
conferatur.

[1] *Disp. cit.* XI. Ubi notamus ex B. Majorè, [1] *questionem hic esse non*
179. 23. § 32. *facti, sed juris, vel quæri non solum de eo, quid fiat, sed & quid à Deo fieri*
possit, secundùm justitiam summa potestatis, quoad habitum non autem
plenum ejus exercitium, spectata, nec de iis hic agi, quæ Deus vult ad intra,
an ex necessitate natura illud velle oriatur, de quo nemo dubitat, sed de
rebus ad extra, ad quæ voluntas Divina libere se habet.

XII. Nec verò obstat, quòd eo ipso, si aliquid naturam justum
vel injustum ita statuatur, ut ejus bonitas vel malitia non fluat ex ab-
soluta Dei voluntate & libero ejus arbitrio, Scydlovius inferat, dari
sic effectum, qui in primam causam resolvi nequeat. Respondemus
enim, aliud esse dicere, dari aliquod bonum & justum anteceden-
ter ad Dei voluntatem, & aliud rursus, dicere, dari tale quid antece-
denter ad ipsam Dei naturam. Posterius hoc negamus, prius verò
concedimus. Nihil enim perfectè bonum & justum esse potest, nisi
quod cum justitiâ Divinæ Naturæ congruit & ab eâ dependet. Nec
utilius videtur esse momenti ratio addita, ac si sic daretur effe-
ctus, qui in primam causam resolvi non posset: omnis enim utique
effectus bonus & justus resolvitur in primam causam, dum in Natu-
ram Dei necessariam resolvitur, quæ ipsius libero beneplacito
prior est.

XIII. Neque etiam ex eo, quòd Deus actiones humanas
extra se liberrimè velit, adeoque hominibus libere etiam præscribat,
sequitur, ipsum eas liberrimè velle, non tantum quoad volitionem
ipsam, sed etiam quoad volitum, non tantum quoad volendi actum,
sed etiam

fed etiam quoad ipſas res, quas vult Deus. Inter hæc duo enim omninò diſtinguimus & dicimus: Deum, eſſi quidem ſit Ens neceſſarium, in omnibus tamen, quæ extra ſeſe vult, eſſe liberrimum quoad ipſum volendi actum, ita, ut pro voluntate ſua poſſit velle vel non velle, agere vel non agere; nihil enim ipſi neceſſarium eſt ad ſuum eſſe, vel ad ſuam felicitatem, vel ad ſuam conſummatam perfectionem. [m] Hæc libertas à Scholaſticis communiter dicitur libertas contradictionis ſeu exercitii: Sed non eſt eodem modo liber Deus, quoad ipſas res, quæ vult, ita, ut honeſtas & turpes æqualiter velle poſſit. In præcipiendo namquæ neceſſariò intra genus honeſtorum ſe continet, in prohibendo intra genus turpium. In in differentibus omniſmodam obtinet libertatem tam contrarietatis, quàm contradictionis, cum eorum bonitas vel malitia à ſola Dei voluntate dependeat, adeoquæ bona ſint ſiantquæ, quia Deus ea præcipit, mala, quia prohibet

[m] Vid. Suarez. Opus. 13. de Lib. Vol. Diſp. 1. Sect. 2. n. 24.

XIV. Multò minus contra nos facit, quod objicit Scydlovius, Legem Dei omnium bonarum & malarum actionum normam & Regulam eſſe, adeoquæ nihil dari naturâ vel divinâ vel humanâ juſtum, cum, ſublata lege, ſtatim ponatur indifferentia; ad hoc enim dicimus, illud, quod infert, non naturam, ſed voluntatem Divinam eſſe normam juſtitie & injuſtitie, duplicem ſenſum habere poſſe, primò illum, quod Deus, quæcunque extra ſe vult liberè velit pro liberrimo ſuo arbitrio, [n] non ex neceſſitate nature, ſive quod [n] Deus omnia, quæ ſunt extra eſſentiam ſuam ita velit, ut ea potuerit non velle in ſenſu diſiſo & abſoluto, quod dupliciter ruruſ potèſt intelligi, 1. ratione ipſius tum velleitatis, tum volitionis. 2. ratione volitorum & rerum, ad quas voluntas Divina terminatur, qui reſpectus hic potiſſimum attenditur. Secundò ſenſus eſſe potèſt, quod Deus ſe ad omne, quod extra eſſentiam ſuam eſt, potentiâ indifferenti, ad utrumquæ oppoſitorum, in ſenſu compoſito & reduplicativo, ac ſi id, quod voluit ab æternò, in tempore poſſit non velle, adeoquæ velle aliquid mutabiliter, quantum ad objectum volitum, ita ut, quod aliquandò voluit, tanquàm juſtum, jam nolit tanquàm peccatum, &c: quod ſemel non voluit ut peccatum, hodiè velit ut bonum, quo argumentum Scydlovii tendit, quem ſenſum nos negamus, cum apud Deum nulla ſit μεταλλη.

[n] Ad Eph. 1. 1. Verſ. 3.

XV. Hinc dicimus ad objectionem: Fatemur Legem Dei nobis eſſe normam ad Regulam omnium bonarum ac malarum actionum;

E

num; agnoscimus etiam nobis aliqua fore indifferentia, si lege definitur, quæ jam talia esse desinunt, cum lege sunt definita. Sed negamus interim, homines nullis peccatis fore obnoxios, nisi Deus, quid pro peccato sit habendum, expressè manifestasset. Illis enim, qui lege scripta carent, illius loco sanam dedit rationem, quæ quid justum, quid minus tale esset, docentur. Cujus etiam rei testem habemus Apostolum. [o] Qui insuper etiam [p] expressis innuit verbis: quod gentiles natura Duce agnoverint, non tantum quid honestum, quid turpe esset, sed etiam peccata esse poenâ digna. In eundem prorsus modum respondet Nobiliss. & Excel. DN. D. Contringius. [q] Idem. contra. Autores. Pontificios. supra. adductos. dictum est.

[o] Ad Rom. 2. c. 14. § 15.
[p] sub finem cap. 1.

[q] Diss. de Jur. theol. 420.

XVI. Cæterum ut è diverticulo in viam redeamus: cum hætenus plurimis ostenderit, jus naturæ comprehendere ea, quæ sunt bona & honesta, patet, quod objecti ipsius nomine veniant actus omnium virtutum moralium. Id quod tamen primò intelligendum est quoad præcepta affirmativa, de generibus singulorum, non singulis generum, ut Logicorum Scholæ loquuntur. Hinc signanter dicitur, actiones omnium virtutum, non, omnes actiones virtutum: nec enim omnes illas Lex naturæ præcipit, cum multæ suscipiantur & sine obligatione, quales v. g. sunt, actus virtutis heroicæ, item, certo tempore jejunium observare similesquæ. Id quod etiam Thomas docet, cum dicit: *actus virtutum secundum speciales suas rationes non esse de Lege Natura.* Alia ratio est Negativorum. Prohibet namquæ jus Naturæ non tantum actiones omnium vitiorum, sed etiam omnes actiones vitiosas, quia nulla dari potest actio à vitio profecta, quin obligeatur ad eam vitandam. Unde dicuntur præ-

[r] L. 4. Phisicæ capta illa obligare ad semper. Confer. B. Hornejus. [r] Mor. c. 3. n. 28.

XVII. Secundò, intelligendum hoc esse de actionibus civilibus, satis innuit vocabulum Moralium. Bene B. Meisnerus. [s] *Circa hemisphærium tantum inferius versatur Jus natura, quod continet actiones externas ex discretione honestorum & turpium deductas, non autem circa hemisphærium superius, quod concernit actiones sacras, illuminationem mentis, conversionem voluntatis, aliasq, similes, ad quas quædam penitus inepti sumus.*

[s] L. 1. de Leg. 1. § 37.

XVIII. Ex quibus facile redarguitur hic quorundam error; qui jus naturale ad finem supernaturalem consequendum ordinatum esse contendunt, docentquæ, Gentilium quosdam solâ Lege naturæ esse sal-

esse salvatos. Cujus sententiæ Auctor olim fuit Monachus Scotus [t] *L. de Nat. (juxta alios Britannus et si minus recte) Pelagius, cui se masculus op-*
 posuit D. Augustinus. [t] Pelagianos imitati sunt ex Reformatis *tura & Gra-*
 Zwinglius. [v] Ex Pontificiis Andradius [x] Pererius, [y] & ante *tiac. 1. & 9.*
 eos Tostatus (quem Papistæ stuporem mundi appellare non erubue- *& L. 4. cont.*
 runt.) Quibus annumeratur Puccius. [z] quos ferè omnes allegatos *Iulian. c. 3.*
 & refutatos videsis, apud B. Meisnerum. [a] Etsi enim naturalis Le- *[v] In Expe-*
 gis prævaricatio; citra legis supernaturalis cognitionem satis est ad *st. fidei ad*
 æternam demnationem; ejusdem tamen observatio non sufficit ad *Regē Gallia.*
 æternam Salutem, nisi salvifica Dei cognitio præstò sit? Eam verò *[x] L. 3. or-*
 gentilibus, quæ gentilibus, quis tribuet? *thodox. ex-*
 agnoverunt, non autem *plac. p. 292.*
[y] Diss. 18.
in cap. 1. ad
Roman.

X I X. Nec verò ex eo, quod gentiles ab Apostolo dicuntur *[z] In libr.*
 inexcusabiles, colligere licet, eos sufficiente ad Salutem æternam eo *pecul. A. 1592.*
 gnitione fuisse instructos. *Sulgato:*
 quod illa Dei cognitio, tum ex Creaturis hausta, tum insita, ipsi ad Salu- *[a] L. 3. de*
 tem posse sufficere; sed quod debuerit esse manu ductio ad ubiorem & sal- *Leg. 9. 4. p.*
 vificam Dei cognitionem, in verbo propositam & revelatam, quam ipsi ta- *186. & seqq.*
 men querere neglexerunt. Verba sunt Magnifici Dn. D. Welleri. [b] *[b] In Comm.*
 Addatur Excell. Dn. Præses. [c] Et hæc est summa delicti, nolle *super humil.*
 agnoscere, quem ignorare non possis, dicit Cyprianus. Jungantur his *p. 76.*
 Plurimum Reverendus atque Excellentiss. Dn. D. Titius. [d] & Ar- *[c] Diss. de*
 mandus de B. V. [e] Hactenus de Jure Naturæ ipso, ejusque immu- *Elm. Inex-*
 tabilitate & similibus Ejus Naturam declarantibus. Quod si Deo *cusabil.*
 visum fuerit, alterum de Dispensatione in Juræ Naturæ, aliisque *[d] De Idol.*
 ad eam pertinentibus materiis; Exercitium brevi sequetur, *gamitate*
 cui cætera, quæ adhuc desiderari possent, *[e] Th. Theol.*
 referabimus. *Diss. 5. th. 13.*
& ult.
[f] T. 2. c. 126.
p. 238.

Sacrosanctæ interim ac Individuæ Trinitati
 sit Laus, Honor & Gloria, in omnia secula. Amen.

COROL.

COROLLARIA.

I.

Multa Deus potest facere de potentiâ absolutâ, quæ non potest facere de potentiâ ordinatâ.

II.

Jus Natura permissivum minus propriè tale est.

III.

Jus rectè dividitur in naturale & positivum, & hoc iterum in divinum & humanum subdividitur.

IV.

Jus humanum vel etiam divinum positivum, in quantum circa intrinsecam vel honestatem vel turpitudinem occupatur, nihil aliud, quàm naturalis juris participatio Ejusq; repetitio est.

V.

Deo in agendo Libertas tam contrarietatis, quàm contradictionis convenit, ut vox contrarietatis etiam disparata completitur.

VI.

Principia Juris Natura infantibus insunt actu, & non insunt actu.

VII.

Decalogus est Juris Natura repetitio.

VIII.

Jus talionis suo modo cum rectâ ratione non pugnat.



Ad Pium & (uti veteres dicebant) Indoftrum
DN. N.H. OELHAFIUM à SCHOELLNBACH,

Σ υοισιρον δολειβιμυρι, Fautorem honorandam:

ESt ita: Jure Dei æterno nil verius astra
luminibus videre suis, nil justius ipse
Sol, oculus mundi, conspexit. O Juris amuffim
nunquam non sanctam, cætu applaudente Piorum;
& Te cumprimis; Thefupm Pernobilis Auctor!
Nam succo plenus tersuave vitentis oliva,
tum bona Jura Dei servas, totoque vereris
pectore Latorem, devitans crimina, ne Te
dedecoris comes afficiat pudor, ora colorans;
tum linguâ, calamo atque typis Te prodis abunde
illius edoctum leges edictaque Juris.
Justus is ipse Deus validas modò, comprecor, hiscè
& successuris vires conatibus addat!

Pf. XCIV. 15.

f. Imq.

M. LUCAS FRIEDERICUS Reinhardt
Theol. P. P. & Eccl. Minister.



ILle frequens cathedris visus doctusq; palastris
Obtinet antiquum OELHAFIUS, studio atq; labore
Ambiguam palmam reddens equalibus, artes
Sive sacras tractet, seu mentem exerceat acrem
Divus Aristoteles, seu chartas impleat illa
Lex hominum rector, divina portio mentis.
Nempè idem ille Deus, qui ex uno sanguine jusfit
Nasci homines, gemino radiari lumine fecit
Naturæ Verbig; sui, ut caligine pulsâ
Tangere se possent, penetrareq; ceterâ lucem
Haud accessibilem. Felix, qui exempla secutus
OELHAFI, ingenita querit vestigia lucis,
Accenditq; aliis proprio de lumine lumen!
Spe firma interea nixus, nitidum athera quondam
Se superaturum, perq; omnia secula stellas.

Dan. XII. 3.

Nobiliss. Dn. Respond. suum his justis laudibus,
quas indices apud nos meretur, prosequidebuit

PRÆSES

OELHAFI, mihi quæra fintofo in pectore fixi,
carmina cur pascis? Tibi cum profcena famæ
jam dudum pandat, multis celebrata Camœnis,
ingenii virtus, quâ tu subfellia vulgi
transcendis, spernens omnes, quos turbida Roma
elevat, aut quicquid laudant corda indiga cordis,
queis est res nihili Sophiæ penetrasse recessus.
Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos,
vappa legat, si quid, demorfos quod sapit ungues,
& stupet, & ferret tumido sub pectore bilis.

*Quod satis est, sapio, dicit, mihi: non ego curo
esse quod Arcefitas, arumnosiq; Solones.*

*Quid mihi fermentum Sophiæ, aut quæcumq; profundis
Democritus pitei finxit demersa latebris?*

Sic cornicanrur, queis non semuncia recti,
ac nil concessit ratio, fungi, lapidesque.

O Te felicem, qui despis hosce Chorœbos,
Oelhafi, recti custos rigidusque fatelles
Hinc super eximium generis decus inclyta clarat,
gloria nobilium studiorum, & pectoris alti
munera te, rursus dum scandis pulpita doctæ,
ac monstras, felix Sophiæ sis quantus in arte.
Hoc opus, hic labor est, qui te deducit ad astra,
istaque venturi relegent monumenta nepotes.

his

*Nobilissimo Domino Respondenti, de exasciato
exquisita eruditionis specimine, animo
magis quàm versu, gratulatur.*

Noribergæ

M. SIMON BORMEISTER,
Rector Scholæ Sp. S.